

O F I C I O

D E L A

EMANA SANTA

Segun el Missal y Breuiario
Romanos,

Que se publicaron por mandado de
Su Santidad Pio V. y se reconocie-
ron por comission de Su Santidad
CLEMENTE VIII. y VRBANO VIII.



EN AMBERES,

**EN LA EMPRENTA PLANTINIANA
DE BALTHASAR MORETO.**

M. DC. LVII,

J. P. Linn
J. M. Linn

D O M I N G O

D E R A M O S.

Acabada de cantar la Tercia, y hecho el aspertorio como otras vezes, saldrá el Sacerdote sin casulla (con capamorada si quisiere) y los Ministros en albas. Estarán preparados ramos de olivo, y si no los viere, de otros arboles: y para bendecirlos se pondrá el Sacerdote al lado de la Epistola, o en medio del Altar; y el Coro cantará la Antífona siguiente.



Hosanna filio David:
benedíctus qui venit
in nómine Dómini.
O Rex Israël: Hosanna

in excélsis. Despues, el Sacerdote
al lado de la Epistola, sin voluerse

4 Domingo de Ramos.

al pueblo, dirá en el tono que se
suelen decir las Coletas en las Mis-
sas feriales. **Dóminus vobíscum.**

R. Et cum spírítu tuo.

O rēmus.

Oracion.

DEus, quem dilígere & amâ-
re, iustítia est; ineffábilis grá-
tiæ tuæ in nobis dona multíplica:
& qui fecísti nos in morte Fílij tui
sperâre quæ crédimus; fac nos eô-
dem resurgénte peruenîre quò
téndimus. Qui tecum viuit & re-
gnat in vnitâte Spírítus sancti
Deus, per ómnia sæcula sæculô-
rum. **R. Amen.**

El Subdiacono en el lugar que
suele canta en tono de Epístola la
Leccion que se sigue.

Léctio libri Exodi. Cap. 15. d. 6. & 16.

IN diēbus illis: Venérunt filij
Israël in Elim, vbi erant du-
dec.

decim fontes aquarum, & septuaginta palmæ: & castrametati sunt iuxta aquas. Profectique sunt de Elim, & venit omnis multitudo filiôrum Israël in desertum Sin, quod est inter Elim & Sínai: quindécimodie mensis secúndi, postquam egressi sunt de terra Ægypti. Et murmurâuit omnis congregatio filiôrum Israël contra Móysen & Aaron in solitúdine. Dixeruntque filij Israël ad eos: Vtinam mórtui essemus per manum Dómini in terra Ægypti, quando sedebâmus super ollas cárnium, & comedebâmus panem in satietate: cur eduxístis nos in desertum istud, vt occiderêtis omnem multitudinem fame? Dixit autem Dóminus ad Móysen: Ecce, ego pluam vobis panes de cælo: egre-

6 Domingo de Ramos.
diatur pópulus, & còlligat quæ
sufficiunt per síngulos dies: vt ten-
tem eum vtrùm ámbulet in lege
mea, an non. Die autem sexto pa-
rent quod ínferant: & sit duplum
quàm collígere solébant per sín-
gulos dies. Dixerúntque Móyses
& Aaron ad omnes filios Israël:
Véspere sciétis quòd Dóminus
edúxerit vos de terra Ægypti: &
manè vidébitis glóriam Dómini.

Acabada esta Leccion, el Sub-
diacono le besa la mano al Sacer-
dote; y en el Coro se enpieça a can-
tar este Gradual. &. Collegérunt
Pontífices & Pharisæi concílium,
& dixerunt: Quid fácimus, quia
hic homo multa signa facit? Si di-
míttimus eum sic, omnes cre-
dent in eum: * Et vénient Romá-
ni, & tollent nostrum locum, &
gentem.

Domingo de Ramos. 7

gentem. ꝑ. Vnus autem ex illis, Cáiphas nómine, cùm esset Pón-
tifex anni illiùs, pròphetáuit, di-
cens: Expedit vobis, vt vnus mo-
riâtur homo pro pópulo, & non
tota gens péreat. Ab illo ergo die
cogitauerunt interfícere eum, di-
cèntes. Et vénient. O este Respon-
so: In monte Oliuèti orâuit ad
Patrem: Pater, si fieri potest, tránf-
eat à me calix iste. * Spíritus qui-
dem promptus est, caro autem in-
fírma: fiat volúntas tua. ꝑ. Vigi-
lâte, & orâte, vt non intrêtis in ten-
tatiónem. Spíritus quidem.

Mientras el Coro canta este Responso, el Diacono pondrá so-
bre el Altar el libro de los Euange-
lios. Y mientras tanto se an de
llegar al Sacerdote el Subdiacono
y Ministro; este con el incensario,

8 Domingo de Ramos.

y aquel con la nauecilla : y en he-
chando incienso el Sacerdote, dirá
el Diacono, **Munda cor meum.**
y tomando el libro del Altar pidi-
rá la bendicion al Sacerdote : y
despues teniendole el libro el Sub-
diacono, en medio de dos Acoli-
tos que tengan ciriales encendi-
dos, hará la señal de la cruz en el
libro, incensarále, y cantará este
Euangelio del modo que se suele.

**Sequéntia sancti Euangélij secún-
dum Matthæum. Cap. 21.**

IN illo témpore : Cùm appro-
pinquáset Iesus Ierosólymis, &
& veníset Béthphage ad montem
Oliuétí : tunc misit duos discípu-
los suos, dicens eis : Ite in castéllum,
quod contra vos est, & statim in-
ueniétis ásinam alligátam, & pul-
lum cum ea : sóluite, & addúcite
mihi :

mihi: & si quis vobis aliquid dixerit, dicit quia Dominus hoc opus habet: & confestim dimittet eos. Hoc autem totum factum est, ut adimpleretur quod dictum est per Prophetam, dicentem: Dicit filia Sion: ecce rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam, & pullum, filium subiugalis. Euntes autem discipuli, fecerunt sicut precepit illis Iesus. Et adduxerunt asinam, & pullum: & imposuerunt super eos vestimenta sua, & eum desuper sedere fecerunt. Plurima autem turba strauerunt vestimenta sua in via: alij autem caedebant ramos de arboribus, & sternebant in via: turbae autem quae precedebant, & quae sequebantur, clamabant, dicentes: Hosanna filio David: benedictus, qui

10 Domingo de Ramos.

qui venit in nómine Dómini.

En acabando, le llevará el Subdiacono el libro al Sacerdote, para que le bese, y el Diacono le incensará al mismo Sacerdote.

Para bendecir los ramos empezará el Sacerdote en tono de Oracion ferial. Dóminus vobíscum.
R. Et cum spírítu tuo.

O rênus.

Oracion.

A Vge fidem in te sperántium Deus, & súpplicum preces cleménter exáudi: véniat super nos múltiplex misericórdia tua: bene ✠ dicántur & hi pálmites palmârum, seu oliuârum: & sicut in figúra Ecclésiæ multiplicásti Noë egrediéntem de arca, & Móysen exeúntem de Ægypto cum filiis Israël: ita nos portántes palmas, & ramos oliuârum, bonis áctibus
occur-

occurrâmus óbuiam Christo: & per ipsum in gáudium introëâmus ætérnum. Qui tecum viuit & regnat in vnicâte Spíritus sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. R. Amen. V. Dóminus vobíscum. R. Et cum spírítu tuo. V. Sursum corda. R. Habêmus ad Dóminum. V. Grátias agâmus Dómino Deo nostro. R. Dignum & iustum est.

V erè dignum & iustum est, æquum & salutâre, nos tibi semper, & vbîque grátias ágere; Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus. Qui gloriâris in consílio sanctórum tuórum. Tibi enim séruiunt creatúra tuæ: quia te solum auctórem & Deum cognóscunt: & omnis factúra tua te coláudat, & benedícunt te sancti tui.

Quia

12 Domingo de Ramos.

Quia illud magnum Unigéniti
tui nomen coram régibus & po-
testátibus huius sæculi, líbera voce
confiténtur. Cui asísunt Angeli
& Archángeli, Throni & Domi-
nationés: cumque omni milítia
cæléstis exércitus, hymnum gló-
riæ tuæ cóncinunt, sine fine di-
céntes.

Canta S anctus el Coro.

S anctus, Sanctus, Sanctus, Dó-
minus Deus Sábaoth. P leni sunt
cæli & terra glória tua, H osánna
in excélsis. B enedíctus qui venit
in nómine Dómini, H osánna in
excélsis. Sigúese Dóminus vobís-
cum. R. Et cum spírítu tuo.

O rênus. Oracion.

P Etimus, Dómine sancte, Pater
omnípotens, ætérne Deus: vt
hanc creatûram oliuæ, quam ex
ligni

ligni matéria prodire iussisti,
 quamque columba rediens ad ar-
 cam proprio pertulit ore, bene ✠
 dicere, & sancti ✠ficare digneris:
 ut quicumque ex ea receperint,
 accipiant sibi protectionem ani-
 mæ & corporis: fiatque, Dómi-
 ne, nostræ salutis remedium, tuæ
 gratiæ sacramentum. Per Dómi-
 num. R. Amen.

O rēmus.

DEus, qui dispersa congregas,
 & congregata conseruas: qui
 pópulis óbuiam Iesu ramos por-
 tantibus benedixisti: bene ✠dic
 étiam hos ramos palmæ & oliuæ,
 quos tui famuli ad honorem nó-
 minis tui fideliter suscipiunt: ut
 in quemcúmque locum introdú-
 cti fuerint, tuam benedictionem
 habitatores loci illius consequan-
 tur:

14 Domingo de Ramos.
tur : & omni aduersitate effugata,
dextera tua protegat. quos redē-
mit Iesus Christus Fílius tuus Dó-
minus noster. Qui tecum viuit.

O rēmus.

DEus, qui miro dispositiōnis
órdine, ex rebus étiam insen-
sibílibus, dispensatiōnem nostræ
salútis ostēdere voluísti: da quæ-
sumus ; vt deuôta tuórum corda
fidélium salúbriter intélligant,
quid mysticè désignet in facto,
quòd hódie cælésti lúmine afflâta,
Redemptóri óbuiam procédens,
palmârum atque oliuârum ramos
vestígijs eius turba substrâuit. Pal-
mârum ígitur rami de mortis
príncipe triúmphos expéctant:
súrculi verò oliuârum, spirituâlem
vnctiōnem aduenísse quodám-
modò clamant. Intelléxit enim
iam

iam tunc illa hóminum beáta
 multitúdo præfigurári : quia Re-
 démptor noster humanís cón-
 dens misérijs, pro totíus mundi
 vita cum mortis príncipe esset pu-
 gnatûrus, ac moriéndo triumphá-
 tûrus. Et ídeò tália óbsequens ad-
 ministráuit, quæ in illo & triúm-
 phos victóriæ, & misericórdiæ
 pinguédinem declarárent. Quod
 nos quoque plena fide, & factum
 & significátum retinéntes, te Dó-
 mine sancte, Pater omnípotens,
 ætérne Deus, per eúndem Dó-
 minum nostrum Iesum Christum
 suppliciter exorâmus ; vt in ipso,
 atque per ipsum, cuius nos mem-
 bra fieri voluísti, de mortis impé-
 rio victóriam reportántes, ipsíus
 gloriósæ resurrectiõnis partícipes
 esse mereâmur. Qui tecum viuít.

○ r̄emus.

Orémus.

DEus, qui per oliuæ ramum pacem terris colúmbam nuntiâre iussisti: præsta quæsumus; vt hos oliuæ, ceterarúmque árborum ramos, cælésti bene ✠ dictiône sanctífiges: vt cuncto pópulo tuo proficiant ad salútem. Per Christum Dñm nostrum.

Orémus.

Bene ✠ dic, quæsumus Dómine, hos palmárum, seu oliuárum ramos: & præsta, vt quod pópulus tuus in tui veneratióne hodiérna die corporáliter agit, hoc spirituáliter summa deuotiône perficiat, de hoste victóriam reportándo, & opus misericórdiæ summóperè diligéndo. Per Dñm.

En llegando aqui, pondrá el Sacerdote incienso en el incensario;

y despues rociará tres vezes los ramos con agua bendita, diciendo la Antifona, A spérges me, sin canto y sin Salmo. Incensará los ramos tres vezes; y dirá: **Dóminus vobíscum. R.** Et cum spírítu tuo.

O rēmus.

DEus, qui Fílium tuum Iesum Christum Dóminum nostrum, pro salúte nostra in hunc mundum misísti, vt se humiliâret ad nos, & nos reuocâret ad te: cui étiam, dum Ierúsalem venîret, vt adimplêret Scriptúras, credéntium populôrum turba, delíssima deuotiône vestiméta sua cum ramis palmârum in via sternébant: præsta quæsumus, vt illi fidei viam præparêmus, de qua, remóto lápide offensiônis,

B

&

18 Domingo de Ramos.
& petra scándali, fróndeant apud
te ópera nostra iustítiaë ramis; vt
eius vestígia sequi mereámur. Qui
tecum viuit & regnat in vnitáte
Spíritus sancti Deus, per ómnia
sæcula sæculórum. R. Amen.

Acabada la bendicion de los
ramos se a de llegar al Altar la per-
sona de mas autoridad del Clero
que estuuiere en el Coro, y le
dará vn ramo bendito al Sacer-
dote; el qual ni hincará la rodilla,
ni besará la mano de quien se le
da. Luego el Sacerdote estando
delante del Altar, se voluerá acia
el pueblo, y distribuirá los ra-
mos que bendixo, dando el pri-
mero a la misma persona de quien
le recibió; los otros al Diacono,
Subdiacono, y a los demas Cleri-
gos por su orden, y despues a los
legos.

egôs. Todos los que recibieren ramos, si no fueren Prelados, se inclinarán de rodillas, y besarán el pie y mano del Sacerdote que los da: y desde que se enpieçan a repartir, va cantando el Coto estas Antifonas.

Ueri Hebræorum portantes ramos oliuârûm obuiauérunt Dómino, clamântes, & dicétes: Hosanna in excélsis.

Otra Antifona.

Ueri Hebræorum vestiméta prosternébant in via, & clamânt dicétes: Hosanna filio Dauid: benedíctus qui venit in nómine Dómini.

Si estas dos no bastaren, vueluente a repetir hásta que se acaben de repartir todos los ramos: luego diga el Sacerdote. v. DÓ-

minus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo. O rēmus.

OMnípotens sempitérne Deus, qui Dóminum nostrum Iesum Christum super pullum ásinæ sedere fecísti, & turbas populórum vestiméнта, vel ramos árborum in via stérnere, & Hosánna decantáre in laudem ipsius docuísti: da quæsumus; vt illórum innocénciam imitári possimus, & eórum méritum cónsequi mereámur. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Hacefe despues la Proceßion. El Sacerdote pone incienso en el incensario, y el Diacono vuelto al pueblo, dice, Procedámus in pace. Responde el Coro, In nómine Christi. Amen.

En la Proceſſion a de ir delante el que lleva el incenſario con incienſo. Siguirá luego el Subdiacono con el Guion en medio de dos Acolitos, que tengan ciriales encendidos; deſpues el Clero por ſu orden: y el vltimo de todos el que celébra, llevando a ſu ſiniſtra al Diacono. Todos an de tener ramos benditos. Iranſe cantando eſtas Antifonas, o todas, o las que baſtaren haſta que ſe acabe la Proceſſion. Antifona.

Cúm appropinquâret Dóminus Ieroſólymam, miſit duos ex diſcípulis ſuis, dicens: Ite in caſtélum, quod contra vos eſt: & inueniétis pullum áſinæ alligátum, ſuper quem nullus hóminum ſedit: ſóluite, & addúcite mihi. Si quis vos interrogáuerit, dícite: Opus Dó-

22 Domingo de Ramos.

mino est. Soluētes adduxérunt ad Iesum: & imposuérunt illi vestimēta sua, & sedit super eum: álij expandébant vestimēta sua in viarálj ramos de arbóribus sternerébant: & qui sequebántur, clamábant: Hosánna, benedíctus qui venit in nómine Dómini: benedíctū regnum patris nostri Daud: Hosánna in excélsis: miserēre nobis fili Daud. Otra Antifona.

Cūm audísset pópulus, quia Iesus venit Ierosólymam, accepérunt ramos palmárum: & exiérunt ei óbuiám, & clamábant púeri, dicētes: Hic est, qui ventúrus est in salútem pópuli. Hic est salus nostra, & redemptio Israēl. Quantus est iste, cui Throni & Dominatiónes occúrrunt? Noli timēre fília Sion: ecce Rex tuus venit tibi, sedens super pullum

pullum ásinæ : sicut scriptum est.
Salve Rex fabricator mundi, qui
venisti redimere nos,

Otra Antifona.

Ante sex dies solémnis Paschæ,
quando venit Dóminus in ciuitá-
tem Ierúsalem, occurrerunt ei púeri:
& in má nibus portábãt ramos pal-
mârum, & clamábãt voce magna,
dicentes: Hosánna in excélsis: be-
nedíctus qui venisti in multítudi-
ne misericórdiæ tuæ : Hosánna in
excélsis. Otra Antifona.

Occurrunt turbæ cum flóribus &
palmis Redemptóri óbuiam : &
victóri triumphánti digna dant
obsequia : Fílium Dei ore gentes
prædicant : & in laudem Christi
voces tonant per núbila: Hosánna
in excélsis. Otra Antifona.

Cum Angelis & púeris fidéles in-

24 Domingo de Ramos.
ueniâmur , triumphatóri mortis
clamântes : Hosâna in excélsis.

Otra Antifona.

T urba multa, quæ conuénérat ad
diem festum, clamâbat Dómino:
Benedíctus qui venit in nómine
Dómini, Hosâna in excélsis.

Quando vuelue la Proceſſion,
dos cantores (o quatro, si se quisiere
hacer con mas solenidad) entran en
la Iglesia, cierran las puertas, y e-
stando con las caras vueltas acia la
Proceſſion enpieçan el Verso Gló-
ria, laus, y prosiguen cantando los
dos Versos primeros. El Sacerdote
y Clero, que está fuera de la Iglesia,
los repite. Luego los que estan den-
tro, cantan los siguientes o todos,
o la parte, segun pareciere: y los
que estan fuera, dicho cada Verso
responderán, Glória, laus. como
lo

io hicieron al principio. Vers.

Gloria, laus, & honor, tibi sit
Rex Christe Redemptor:

Cui puerile decus prompsit Ho-
sanna puum.

Israël es tu Rex, Dauïdis & inchy-
ta proles:

Nómine qui in Dómini Rex be-
nedicte venis. *R.* Glória, laus.

Cœtus in excelsis te laudat cæli-
cus omnis.

Et mortâlis homo, & cuncta
creâta simul. *R.* Glória, laus.

Plebs Hebræa tibi cum palmis
óbuia venit:

Cum prece, voto, hymnis, ádsu-
mus ecce tibi. *R.* Glória, laus.

Hi tibi passúro soluébant múnia
laudis:

Nos tibi regnâti pángimus ec-
ce melos. *R.* Glória, laus.

26 Domingo de Ramos.

Hi placuere tibi, placeat deuotio nostra,

Rex bone, Rex clemens, cui bona cuncta placent. R. Gloria, laus.

El Subdiacono da a la puerta con el hastil de la cruz: abre la al puntollos de dentro, y entra la Procecion en la Iglesia, cantando este Responso. Ingređiente Dómino in sanctam ciuitatem, Hebræorum púeri resurrectionem vitæ pronuntiantes, * Cum ramis palmárum Hosanna clamabant in excelsis. v. Cùm audisset pópulus, quòd Iesus veniret Ierósólymam, exierunt óbuiam ei. Cum ramis. Y no se dice, Gloria Patri.

Luego enpieçase la Misa, y todos tendrán los ramos en sus ma-

Domingo de ramos.

27

nos mientras se canta la Passion y
el Euangelio solamente.

*Statio ad sanctum Iohannem in
Laterano. Introito.*



Domine, ne longè fá-
cias auxiliũ tuum à
me, ad defensionem
meam aspice: libera
me de ore leõnis, & à cõrnibus
unicõrnium humilitatem meam.
Salmo. Deus Deus meus, respice
in me, quare me dereliquisti? lon-
gè à salute mea verba delictõrum
meõrum. Domine, ne longè.

Oracion.

Omnípotens sempitérne Deus,
qui humano generi ad imi-
tandum humilitatis exéplum,
Saluatõrem nostrum carnem sú-
mere, & crucem subire fecisti: con-
cède propítius; vt & paciéntiæ ip-
sius

28 Dōmīngo de Ramos.
sūus habere documēta, & resur-
rectiōnis confōrtia mereāmur. Per
eūndem Dōminum nostrum.

Dicese sola esta Oracion.

L éctio Epístolæ beāti Pauli Apó-
stoli ad Philippēses. *Cap. 2.*

F Ratres: Hoc enim sentite in
vobis, quod & in Christo Ie-
su: qui cū in forma Dei esset,
non rapinam arbitratus est esse se
æqualem Deo: sed semetipsum
exinanuit formam serui acci-
piens, in similitudinem homi-
num factus, & habitu inuentus
vt homo. Humiliavit semetipsum,
factus obediens vsque ad mortem,
mortem autem crucis. Propter
quod & Deus exaltavit illum: &
& donavit illi nomen, quod est
super omne nomen: vt in nomi-
ne Iesu [Hincanse de rodillas]
omne

omne genu flectâtur, cæléstium,
 terréstrium, & infernôrum; &
 omnis lingua confiteâtur, quia
 Dóminus Iesus Christus in glória
 est Dei Patris.

Gradual. Tenuísti manum
 dexteram meam: & in voluntâte
 tua deduxísti me: & cum glória
 assumpsísti me. *ÿ.* Quàm bonus
 Israël Deus rectis corde! mei au-
 tem pænè moti sunt pedes, pænè
 effúsi sunt gressus mei: quia zelâui
 in peccatôribus, pacem peccatô-
 rum videns.

Tracto. Deus Deus meus, ré-
 spice in me: quare me dereliquísti?
ÿ. Longè à falûte mea verba deli-
 ctôrum meôrum. *ÿ.* Deus meus
 clamâbo per diem, nec exâudies:
 in nocte, & non ad insipientiam
 mihi. *ÿ.* Tu autem in sancto há-
 bitas

30. Domingo de Ramos.
bitas, Laus Israël. ʘ. In te sperauerunt
patres nostri: sperauerunt,
& liberaſti eos. ʘ. Ad te clama-
uerunt, & ſalui facti ſunt: in te
ſperauerunt, & non ſunt con-
fuſi. ʘ. Ego autem ſum vermis,
& non homo: opprobrium hó-
minum, & abiectio plebis. ʘ. Om-
nes qui vidébant me, asperna-
bantur me: locúti ſunt lábijs, &
mouerunt caput. ʘ. Sperauit in
Dómino, erípiat eum: ſaluum
fáciat eum, quóniam vult eum.
ʘ. Ipsi verò confiderauerunt, &
conſpexerunt me: diuiſerunt ſibi
veſtiméta mea, & ſuper veſtem
meam miſerunt fortem. ʘ. Lí-
bera me de ore leónis: & à cór-
nibus unícórnium humilitátem
meam. ʘ. Qui timétis Dómi-
num, laudáte eum: vniuerſum
ſemen

Domingo de Ramos. 31

semen Iacob magnificâte eum.
v. Annuntiâbitur Dómino ge-
nerátio ventûra: & annuntiábunt
cæli iustítiam eius. v. Pópulo qui
nascêtur, quem fecit Dóminus.

En piecise la Passion absoluta-
mente, sin decir, **Munda cor
meum**, no se pide bendicion, no
se encienden ciriales, ni se hecha
incienso: no se dice, **Dóminus
vobíscum**. ni se responde, **Glória
tibi Dómine**. y el Sacerdote o
Diacono, quando dice, **Pássio
Dómini nostri**, no se presina, ni
hace la señal de la cruz en el libro.
Regla que se a de guardar tambien
todos los demas dias, en que se
cantare la Passion.



PASSIO DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI

secundum Matthæum.

Cap. 26. ¶ 27.



In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis:
 ✠ Scitis quia post biduum Pascha fiet, &
 Filius hominis tradetur ut cruci-
 figatur. **C** Tunc congregati sunt
 principes sacerdotum, & seniores
 populi, in atrium principis sacer-
 dotum, qui dicebatur Caiphas: &
 consilium fecerunt ut Iesum dolo
 tenerent, & occiderent. Dicebant
 autem: **S** Non in die festo, ne forte
 tumultus fieret in populo. **C** Cum
 autem Iesus esset in Bethania in
C domo

-34 Domingo de Ramos,
domo Simônis leprósi, accéssit ad
eum múlier habens alabástrum
vnguénti pretiósi, & effûdit super
caput ipsíus recumbéntis. Vidén-
tes autem discípuli, indignáti sunt,
dicétes : s Vt quid perditio hæc?
Pótuit enim istud venúndari
multo, & dari paupéribus. c Sciens
autem Iesus, ait illis : ✠ Quid
molésti estis huic muliéri ? opus
enim bonum operáta est in me.
Nam semper páuperes habétis vo-
biscum : me autem non semper
habétis. Mittens enim hæc vn-
guéntum hoc in corpus meum, ad
sepeliéndum me fecit. Amen dico
vobis, vbi cúunq; prædicátum
fúerit hoc euangélium in toto
mundo, dicétur & quod hæc fecit
in memóriam eius. c Tunc ábiijt
vnus de duódecim, qui dicebátur

Iudas

Iudas Iscariotes, ad principes sacerdotum: & ait illis: s Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? c At illi constituerunt ei triginta argenteos. Et exinde quaerebat opportunitatem vt eum traderet. Prima autem die Azymorum accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes: s Vbi vis paremus tibi comedere Pascha? c At Iesus dixit: ✠ Ite in ciuitatem ad quemdam, & dicite ei: Magister dicit: Tempus meum propè est, apud te facio Pascha cum discipulis meis. c Et fecerunt discipuli sicut constituit illis Iesus, & parauerunt Pascha. Vespere autem facto, discumbèbat cum duodecim discipulis suis. Et edentibus illis dixit: ✠ Amen dico vobis, quia vnus vestrum me tradit:

36 Domingo de Ramos,
rus est. c Et contristati valdè, cœ-
pèrunt sínguli dícere: s Numquid
ego sum Dómine? c At ipse re-
spóndens, ait: ✠ Qui intíngit me-
cum manum in parópside, hic
me tradet. Fílius quidem hóminis
vadit, sicut scriptum est de illo:
væ autem hómini illi, per quem
Fílius hóminis tradêtur: bonum
erat ei, si natus non fuisset homo
ille. c Respóndens autem Iudas,
qui trádidit eum, dixit: s Num-
quid ego sum Rabbi? c Ait illi:
✠ Tu dixísti. c Cœnántibus au-
tem eis, accêpit Iesus panem, & be-
nedíxit, ac fregit, dedítque discí-
pulis suis, & ait: ✠ Accípíte, &
comédite: Hoc est corpus meum.
c Et accípiens cálicem, grátias
egit: & dedit illis, dicens: ✠ Bí-
bite ex hoc omnes. Hic est enim
sanguis

sanguis meus noui testaméti, qui pro multis effundétur in remissiô-
nem peccatôrum. Dico autem vo-
bis: non bibam ámodò de hoc ge-
nîmine vitis vsque in diem illum,
cùm illud bibam vobíscum no-
uum in regno Patris mei. c Et
hymno dicto, exierunt in mon-
tem Oliuéti. Tunc dicit illis Iesus:
✠ Omnes vos scándalum patié-
mini in me, in ista nocte. Scriptum
est enim: Percútiám pastôrem, &
dispérgéntur oues gregis. Post-
quam autem resurrexéro, præcê-
dam vos in Galilæam. c Respón-
dens autem Petrus, ait illi: s Et si
omnes scandalizáti fúerint in te,
ego numquá scandalizâbor. c Ait
illi Iesus: ✠ Amen dico tibi, quia
in hac nocte, ántequam gallus
cantet, ter me negâbis. c Ait illi Pe-

38 Domingo de Ramos,
trus: s Etiam si oportuerit me mo-
ri tecum, non te negabo. c Si-
militer & omnes discipuli dixé-
runt. Tunc venit Iesus cum illis
in villam, quæ dicitur Gethséma-
ni, & dixit discipulis suis: ✠ Se-
dête hîc, donec vadam illuc, &
orem. c Et assumpto Petro, &
duobus filiis Zebedæi, cœpit con-
tristari & mœstus esse. Tunc ait
illis: ✠ Tristis est ánima mea
vsque ad mortem: sustinête hîc,
& vigilâte mecum. c Et progrês-
sus pusillum, prócidit in fáciem
suam, orans, & dicens: ✠ Pater
mi, si possibile est, tránseat à me
calix iste. Verúntamen non sicut
ego volo, sed sicut tu. c Et venit
ad discipulos suos, & inuénit eos
dormiéntes: & dicit Petro: ✠ Sic
non potuístis vna hora vigilâre
mecum?

mecum? Vigilâte, & orâte, vt non intrêtis in tentatiônem. Spíritus quidem promptus est, caro autem infirma. C Iterùm secúndò ábiijt, & orâuit, dicens: ✠ Pater mi, si non potest hic calix transîre nisi bibam illum, fiat volúntas tua. C Et venit íterùm, & inuênit eos dormiêntes: erant enim óculi eorum grauâti. Et relíctis illis, íterùm ábiijt, & orâuit tertio, eúndem sermônem dicens. Tunc venit ad discípulos suos, & dicit illis: ✠ Dormîte iam, & requiescite: ecce appropinquâuit hora, & Fílius hóminis tradêtur in manus peccatórum. Súrgite, eâmus: ecce appropinquâuit qui me tradet. C Adhuc eo loquente, ecce Iudas vnus de duódecim venit, & cum eorum turba multa cum gládijs & fústibus,

40 Domingo de Ramos,
missi à principibus sacerdotum, &
senioribus populi. Qui autem trá-
didit eum, dedit illis signum, di-
cens: s Quemcúmque osculátus
fúero, ipse est, tenête eum. c Et
confestim accédens ad Iesum, di-
xit: s Ave Rabbi. c Et osculátus
est eum. Dixítque illi Iesus: ✠ A-
míce, ad quid venísti? c Tunc ac-
cessérunt, & manus iniecérunt in
Iesum, & tenuérunt eum. Et ecce
vnus ex his, qui erant cum Iesu, ex-
téndens manum, exêmit gládium
suum, & percútiens seruum prin-
cipis sacerdotum, amputáuit aurí-
culam eius. Tunc ait illi Iesus:
✠ Conuérte gládium tuum in
locum suum. Omnes enim, qui ac-
céperint gládium, gládio períbunt.
An putas, quia non possum rogâ-
re Patrem meum, & exhibêbit mi-

Passion segun S. Mateo. 41
hi modò plus quàm duódecim le-
giónes Angelòrum? Quómodo
ergo implebúntur Scriptúrà, quia
sic opórtet fieri? C In illa hora di-
xit Iesus turbis: ✠ Tamquam ad
latrònem exístis cum gládijs & fú-
stibus comprehénderé me: quotí-
die apud vos sedêbam docens in
templo, & non me tenuístis. C Hoc
autem totum factum est, vt adim-
pleréntur Scriptúrà Prophetàrum.
Tunc discípuli omnes, relícto eo,
fugérunt. At illi tenéntes Iesum,
duxérunt ad Cáipham príncipem
sacerdòtum, vbi Scribæ & senió-
res conuénérant. Petrus autem se-
quebâtur eum à longè, vsque in
átrium príncipis sacerdòtum. Et
ingréssus intrò, sedébat cum miní-
stris, vt vidêret finem. Príncipes
autem sacerdòtum, & omne con-
C 5 cília,

42 Domingo de Ramos,
cílum, quærebant falsum testi-
mónium contra Iesum, vt eum
morti tráderent: & non inuené-
runt, cum multi falsi testes accessís-
sent. Nouíssimè autem venérunt
duo falsi testes, & dixerunt: s Hic
dixit: Possum destrúere templum
Dei, & post tríduum reædificâre
illud. c Et surgens princeps sacer-
dôtum, ait illi: s Nihil respóndes
ad ea, quæ isti aduersum te testifi-
cántur? c Iesus autem tacêbat. Et
princeps sacerdôtum ait illi: s Ad-
iûro te per Deum viuum, vt dicas
nobis si tu es Christus Fílius Dei.
c Dicit illi Iesus: ✠ Tu dixísti.
Verúntamen dico vobis, á modo
vidébitis Fílium hóminis seden-
tem à dextris virtútis Dei, & ve-
niéntem in núbibus cæli. c Tunc
princeps sacerdôtum scidit vesti-
ménta

mēta sua , dicens : s Blasphē-
māuit : quid adhuc egēinus tēsti-
bus ? ecce nunc audistis blasphē-
miam : quid vobis vidētur ? c At
illi respondētes, dixerunt : s Reus
est mortis. c Tunc exspuētunt in
fāciem eius , & cōlaphis eum ce-
cidērunt ; ālij autem palmas in fā-
ciem eius dedērunt, dicētes : s Pro-
phetiza nobis. Christe , quis est,
qui te percūssit ? c Petrus verò se-
dēbat foris in ātrio : & accēssit ad
eum vna ancilla, dicens : s Et tu
cum Iesu Galilæo eras. c At ille
negāuit coram omnibus , dicens :
s Nescio quid dicis. c Exeūte
autem illo iānuam, vidit eum ālia
ancilla , & ait his qui erant ibi :
s Et hic erat cum Iesu Nazaréno.
c Et iterū negāuit cum iura-
mēto : Quia non noui hōminem.

Et

44 Domingo de Ramos,
Et post pusillum accesserunt qui
stabant, & dixerunt Petro: s Verè
& tu ex illis es: nam & loquela tua
manifestum te facit. c Tunc coepit
detestari, & iurare quia non no-
uisset hominem. Et continuo gal-
lus cantauit. Et recordatus est Pe-
trus verbi Iesu, quod dixerat: Prius-
quam gallus cantet, ter me nega-
bis. Et egressus foras, fleuit ama-
re. Mane autem facto consilium
inierunt omnes principes sacerdotum,
& seniores populi aduersus
Iesum, vt eum morti traderent. Et
vinctum adduxerunt eum, & tra-
diderunt Pontio Pilato praefidi.
Tunc videns Iudas, qui eum tra-
didit, quod damnatus esset; poeni-
tentia ductus, retulit triginta ar-
genteos principibus sacerdotum,
& senioribus, dicens: s Peccaui,
tradens

tradens sánguinem iustum. C At illi dixérunt: s Quid ad nos? Tu víderis. C Et proiécit argénteis in templo, recéssit: & ábiens, láqueo se suspéndit. Príncipes autem sacerdotum, accéptis argénteis, dixérunt: s Non licet eos mittere in córbonam: quia prétium sánguinis est. C Consílio autem ínito, emérunt ex illis agrum fíguli, in sepultúram peregrinórum. Propter hoc vocátus est ager ille, Hacéldama, hoc est, ager sánguinis, vsque in hodiérnum diem. Tunc implétum est, quod dictum est per Ieremíam Prophétam, dicentem: Et accepérunt trigínta argénteos prétium appretiáti, quem appretiauerunt à filijs Israél: & dedérunt eos in agrum fíguli, sicut constituit mihi Dóminus. Iesus autem stetit

ante

46 Domingo de Ramos,
ante Præsidem ; & interrogâuit
eum Præses, dicens : s Tu es Rex
Iudæorum? c Dicit illi Iesus: ✠ Tu
dicis. c Et cum accusarêtur à prin-
cípibus sacerdotum & senióribus,
nihil respóndit. Tunc dicit illi Pi-
lâtus: s Non audis quanta aduér-
sum te dicunt testimónia? c Et non
respóndit ei ad vllum verbum, ita
vt mirarêtur Præses veheménter.
Per diem autem solénnem con-
suéuerat Præses pópulo dimíttre
vnum vinctum, quem voluísset.
Habêbat autem tunc vinctum in-
sígnum, qui dicebâtur Barábbas.
Congregátis ergo illis, dixit Pilâ-
tus: s Quem vultis dimíttam vo-
bis, Barábbam, an Iesum, qui dici-
tur Christus? c Sciêbat enim quòd
per inuúdiam tradidíssent eum. Se-
dente autem illo pro tribunáli, mi-
sit

fit ad eum vxor eius, dicens: s Nihil tibi, & iusto illi. Multa enim passa sum hodie per visum propter eum. c Príncipes autem sacerdotum & seniôres persuaserunt pópulis vt péterent Barábbam, Iesum verò pérderent. Respóndens autem Præses, ait illis: s Quem vultis vobis de duôbus dimitti? c At illi dixerunt: s Barábbam. c Dicit illis Pilâtus: s Quid ígitur faciam de Iesu, qui dicitur Christus? c Dicunt omnes: s Crucifigâtur. c Ait illi Præses: s Quid enim mali fecit? c At illi magis clamábant, dicentes: s Crucifigâtur. c Videns autem Pilâtus quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret: accépta aqua, lauit manus coram pópulo, dicens: s Innocens ego sum à sâguine iusti

48 Domingo de Ramos,
iusti huius : vos vidéritis. c Et re-
spóndens vniuérsus pópulus, dixit:
s Sanguis eius super nos, & super
filios nostros. c Tunc dimísit illis
Barábbam : Iesum autem flagel-
látum trádedit eis vt crucifigerê-
tur. Tunc mílites Præsidis susci-
piéntes Iesum in prætóríum, con-
gregauérunt ad eum vniuérsam
cohórtem: & exuéntes eum, chlá-
mydem coccíneam circumdedé-
runt ei; & plecténtes corónam de
spinis, posuérunt super caput eius,
& arúndinem in déxtera eius. Et
genu flexo ante eum, illudébant
ei, dicéntes: s Aue rex Iudæórum.
c Et expuéntes in eum, accepérunt
arúndinem, & percutiébant caput
eius. Et postquam illuserunt ei,
exuérunt eum chlámyde, & in-
duérunt eum vestiméntis eius, &
duxé-

duxerunt eum vt crucifigerent. Exeuntes autem, inuenerunt hominem Cyrenæum, nomine Simonem: hunc angariauerunt vt tolleret crucem eius. Et venerunt in locum, qui dicitur Gólgatha; quod est, Caluáriæ locus. Et dederunt ei vinum bibere cum felle mistum. Et cum gustasset, noluit bibere. Postquam autem crucifixerunt eum, diuiserunt vestimenta eius, sortem mittentes: vt impleretur quod dictum est per Prophétam dicentem: Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem. Et sedentes, seruabant eum. Et imposuerunt super caput eius causam ipsius scriptam: Hic est Iesus Rex Iudæorum. Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones: vnus à dextris, &

50 Domingo de Ramos,
vnus à sinístris. Prætereúntes au-
tem blasphemábant eum, mouén-
tes cápita sua, & dicéntes : s Vah
qui destruis templum Dei, & in
tríduo illud reædíficas : salua te-
metípsum. Si Fílius Dei es, descén-
de de cruce. Simíliter & príncipes
sacerdôtum illudéntes cum Scribis
& senióribus, dicébant : s Alios sal-
uos fecit, seípsum non potest sal-
uum fácere : si Rex Israël est, de-
scéndat nunc de cruce, & crédimus
ei : confídit in Deo : líberet nunc, si
vult eum : dixit enim : Quia Fílius
Dei sum. c Idípsum autem & la-
trónes, qui crucifixi erant cum eo,
improperábant ei. A sexta autem
hora ténebræ factæ sunt super vni-
uérſam terram vsque, ad horam
nonam. Et circa horam nonam
clamâuit Iesus voce magna, di-
cens :

Passion segun S. Mateo. 51

cens: ✠ Eli, Eli, lamma sabacthani? c Hoc est: ✠ Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me? Quidam autem illic stantes, & audiētes, dicēbant: s Eliam vocat iste. c Et continuo currens vnus ex eis, acceptam spongiam implēuit aceto, & impōsuit arundini, & dabat ei bībere. Ceteri vero dicēbant: s Sine videāmus an veniat Elías liberans eum. c Iesus autem iterum clamans voce magna, emisit spiritū. [Aquí se hinca de rodillas, y hace vna breue pausa.] Et ecce velum templi scissum est in duas partes à summo vsque ad iorsum, & terra mota est, & petrae scissae sunt, & monumenta aperuerunt: & multa corpora sanctorum, qui dormierant, surrexerunt. Et exeuntes de monumentis

52 Domingo de Ramos,
post resurrectionem eius, venerunt
in sanctam civitatem, & apparuerunt
multis. Centurio autem, &
qui cum eo erant, custodientes Ie-
sum, viso terramotu & his quæ fie-
bant, timuerunt valde, dicentes:
s Verè Filius Dei erat iste. c Erant
autem ibi mulieres multæ à lon-
gè, quæ secutæ erant Iesum à Gali-
læa, ministrantes ei: inter quas erat
María Magdalène, & María Iacó-
bi & Ioseph mater, & mater filio-
rum Zebedæi. Cùm autem serò fa-
ctum esset, venit quidam homo
diues ab Arimathæa, nómine Io-
seph, qui & ipse discipulus erat Ie-
su. Hic accessit ad Pilatum, & pé-
tijt corpus Iesu. Tunc Pilatus iussit
reddi corpus. Et accépto corpore,
Ioseph inuóluit illud in síndone
munda. Et pósuit illud in monu-
ménto

ménto suo nouo , quod excíderat in petra. Et aduóluit saxum magnum ad óstium monuménti, & ábiijt. Erat autem ibi María Magdaléne, & áltera María , sedéntes contra sepúlchrum.

Luego se dice **Munda cor meum.** pide se la bendicion, lleuase incienso, y incensase el libro; no se lleuan ciriales, ni se dice **Dóminus vobiscum.** El que a de decir el Euangelio, no se presina, ni hace la señal de la cruz en el libro, y canta en tono de Euangelio el que se sigue. Acabado de cantar, besará el libro el Sacerdote, y a el le incensarán. Y esta regla guardese a la letra en todas las demas Passiones; saluo en la del Viernes, donde se dará particular.

Altera autem die, quæ est post Parasceuen, conuenérunt

54 Domingo de Ramos,
príncipes sacerdotum & Pharisæi
ad Pilatum, dicentes: Domine, re-
cordati sumus, quia seductor ille
dixit adhuc viuens: Post tres dies
resurgam. Iube ergo custodiri se-
púlchrum vsque in diem tertium:
ne fortè veniant discipuli eius, &
furéntur eum: & dicant plebi: Sur-
réxit à mórtuis: & erit nouíssimus
error peior priore. Ait illis Pilatus:
Habétis custódiam, ite, custodíte
sicut scitis. Illi autem abeúntes,
muniérunt sepúlchrum, signántes
lápidem, cum custódibus.

Credo in vnum Deum, Patrem
omnipotentem, factorem cæli
& terræ, visibílium ómnium, &
inuisibílium. Et in vnum Dómi-
num Iesum Christum, Fílium Dei
vnigénitum. Et ex Patre natum
ante ómnia sæcula. Deum de
Deo,

Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. G énitum, non factum, consubstantiâlem Patri, per quem ómnia facta sunt, Qui propter nos hómines, & propter nostram salutem descendit de cælis. [Hincanse de rodillas.] Et incarnatus est de Spírítu sancto ex María vírgine: Et homo factus est. Crucifixus étiam pro nobis: sub Póntio Piláto passus, & sepúltus est. Et resurrexit tertia die, secundum Scriptúras. Et ascendit in cælum: sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus est cum glória, iudicare viuos & mórtuos: cuius regni non erit finis. Et in Spírítum sanctum, Dóminum & uiuificántem: qui ex Patre Filióque procêdit. Qui cum Patre & Filio simul adorátur, & conglorificâ-

56. Domingo de Ramos,
tur; qui locutus est per Prophetas,
Et unam sanctam catholicam &
Apostolicam Ecclesiam. Confiteor
vnum baptisma in remissionem
peccatorum. Et expecto re-
surrectionem mortuorum. Et vi-
tam venturi saeculi, Amen.

Offertorio. Improperium ex-
spectavit cor meum, & miseriam:
& sustinui qui simul mecum con-
tristaretur, & non fuit: consolam-
tem me quaeivi, & non inveni: &
dederunt in escam meam fel, & in
siti mea potauerunt me aceto.

Secreta.

Concède quæsumus Dómine,
vt óculis tuæ maiestatis mu-
nus oblatum, & grátiam nobis
deuotionis obtineat; & effectum
beatæ perennitatis acquirat. Per
Dóminum nostrum,

Pre-

Prefacio de la S. Cruz.

PER ómnia sæcula sæculórum,
 R. Amen. V. Dóminus vobíscum.
 R. Et cum spírítu tuo. V. Sus-
 sum corda. R. Habêmus ad Dómi-
 num. V. Grátias agâmus Dómino
 Deo nostro. R. Dignum & iustum
 est, V erè dignum & iustum est,
 æquum & salutâre, nos tibi sem-
 per, & vbîque grátias ágere, Dómi-
 ne sancte, Pater omnípotens, ætér-
 ne Deus. Qui salûtem humáni
 géneris in ligno Crucis constituí-
 sti: vt vnde mors oriebâtur, inde
 vita resúrgeret: & qui in ligno vin-
 cêbat, in ligno quoque vinceretur:
 per Christum Dóminũ nostrum.
 Per quem maiestâtem tuam lau-
 dant Angeli, adórant Dominatió-
 nes, tremunt Potestâtes. Cæli, cæ-
 lorúmque virtútes, ac beâta Séra-
 D 5 phim,

58 Domingo de Ramos, Missa.
phim, sócia exultatióne concéle-
brant. Cum quibus & nostras vo-
ces, vt admitti iúbeas deprecâmur,
súpplici confessiône dicentes:

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dó-
minus Deus Sábaoth. P leni. sunt
cæli & terra glória tua, H osánna
in excélsis. B enedíctus qui venit
in nómine Dómini, H osánna in
excélsis.

Comunion. P ater, si non potest
hic calix transíre, nisi bibam illum:
fiat volúntas tua. Postcomunion.

Per huius, Dómine, operatiô-
nem mystérij, & vítia nostra
purgéntur, & iusta desidéria com-
pleántur. Per Dóminum.

En las Missas privadas lee se al a-
cabar la Missa el Euangelio, C ùm
appropinquásset. como arriba en
la Bendicion de los Ramos. 8.

L V N E S

de la Semana Santa.

Statio ad S. Praxedem. Introito.

D iudica Dómine nocentes me, expúgna impugnantes me: apprehende arma & scutum, & exúrge in adiutórium meum, Dómine virtus salútis meæ. *Salmó.* E fúnde frámeam, & conclúde aduérsus eos qui persequúntur me: dic ánimæ meæ, Salus tua ego sum. **I** údica Dómine.

Oracion.

D EA, quæsumus omnipotens Deus: vt qui in tot aduérsis ex nostra infirmitate defícimus; intercedente vnigéniti Fílij tui passióne respirêmus. Qui tecum viuít & regnat in vnitáte Spíritus sancti Deus, per ómnia sæcula.

Otra

60 Lunes de la Semana Santa,
Otra Oracion contra los que
perfiguen la Iglesia.

Ecclésiæ tuæ, quæsumus Dómi-
ne, preces placâtus admítte: vt
destrúctis aduersitatibus & erróri-
bus vniuersis, secúra tibi séruiat li-
bertâte. Per Dóminum nostrum.

O otra por Su Santidad. Oracion.

Deus ómnium fidélium Pastor
& rector, fámulum tuum N.
quem pastórem Ecclésiæ tuæ præ-
esse voluísti, propítius réspice: da
ei, quæsumus, verbo & exémplo,
quibus præest, profícere; vt ad vi-
tam, vnâ cum grege sibi crédito,
peruéniat sempitérnam. Per Dó-
minum nostrum.

No se dice tercera Oracion.

Léctio Isaíæ Prophétæ. *Cap. 50. b*

IN diêbus illis: Dixit Isaías: Dó-
minus Deus apéruit mihi au-
rem,

tem, ego autem non contradico: retrorsum non abij. Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus: faciem meam non auerti ab increpantibus, & conspuentibus in me. Dominus Deus auxiliator meus, ideo non sum confusus: ideo posui faciem meam ut petram durissimam, & scio quoniam non confundar. Iuxta est qui iustificat me, quis contradicet mihi? Stemus simul, quis est aduersarius meus? Accedat ad me. Ecce Dominus Deus auxiliator meus: quis est, qui condemnet me? Ecce omnes quasi vestimentum conterentur, tinea comedet eos. Quis ex vobis timens Dominum, audiens vocem serui sui? qui ambulauit in tenebris, & non est lumen ei, speret

62 Lunes de la Semana Santa,
speret in nómine Dómini, & inni-
tâtur super Deum suum.

Gradual. Exúrge Dómine, &
inténde iudício meo, Deus meus
& Dóminus meus in causam
meam. v. Effúnde frámeam, &
conclûde aduérsus eos qui me per-
sequúntur.

Tracto. Dómine, non secún-
dum peccâta nostra, quæ fécinus
nos: neque secúndum iniquitâtes
nostras retríbuas nobis. v. Dómi-
ne, ne memíneris iniquitâtum no-
strârum antiquârum: citò antíci-
pent nos misericórdiæ tuæ, quia
páuperes facti sumus nimis. [Hin-
case de rodillas.] v. Adiuua nos
Deus salutâris noster: & propter
glóriam nóminis tui Dómine lí-
bera nos: & propítius esto peccá-
tis nostris, propter nomen tuum.

Sequén-

Sequētia sancti Euangēlij secūn-
dum Ioānnem. *Cap. 12.*

ANte sex dies Paschæ venit Ie-
sus Bethániam, vbi Lázarus
fúerat mórtuus, quem suscitáuit
Iesus. Fecérunt autem ei coenam
ih̄i: & Martha ministrâbat, Lá-
zarus verò vnus erat ex discun-
bēntibus cum eo. Mariã ergo ac-
cēpit libram vnguēti nardi písti-
ci pretiósí, & vnxit pedes Iesu, &
extérsit pedes eius capíllis suis: &
domus implēta est ex odóre vn-
guēti. Dixit ergo vnus ex discí-
pulis eius, Iudas Iscariótes, qui
erat eum traditúrus: Quare hoc
vnguēntum non vān̄ijc. centis
denárijs, & datum est ~~egénis?~~
Dixit autem hoc, non quia de
egénis pertinēbat ad eum, sed
quia fur erat, & lóculos habens,
ca

64 Lunes de la Semana Santa,
ea quæ mittebantur, portabat. Di-
xit ergo Iesus : Sinite illam , vt in
diem sepulturæ meæ seruet illud.
Paueres enim semper habetis vo-
biscum : me autem non semper
habetis. Cognouit ergo turba mul-
ta ex Iudæis quia illic est : & vené-
runt , non propter Iesum tantum,
sed vt Lázatum vidèrent , quem
suscitauit à mórtuis.

Offertorio. Eripe me de ini-
micis meis Dómine : ad te con-
fúgi , doce me fácere voluntatem
tuam : quia Deus meus es tu.

Secreta.

Hæc sacrificia nos , omnípo-
tens Deus , poténti virtúte
munda nos , ad suum fáciant purió-
res venire princípium. Per Dómi-
num nostrum Iesum Christum
Fílium tuum : Qui tecum viuit.

Oratio

Otra Secreta, contra los que
perfiguen la Iglesia.

Protege nos Dómine tuis my-
stérijs seruíentes: vt diuinis re-
bus inhærentes, & corpore tibi
famulèmur, & mente. Per Dómi-
num nostrum Iesum Christum
Fílium tuum.

O otra por Su Santidad.

Oblátis, quæsumus Dómine,
placâre munéribus: & famu-
lum tuum N. quem Pastôrem Ec-
clésiæ tuæ præesse voluísti, assí-
dua protectiône gubérna. Per Dó-
minum nostrum Iesum Christum
Fílium tuum: Qui tecum víuit.

Prefacio de la S. Cruz.

Verè dignum & iustum est, æ-
quum & salutâre, nos tibi
semper, & vbique grátias ágere:
Dómine sancte, Pater omnípo-
E tens,

86 Luncs de la Semana Santa,
tens, ætérne Deus. Qui salûtem
humáni gèneris in ligno Crucis
constituísti: vt vnde mors oriebâ-
tur, inde vita resúrgeret: & qui in
ligno vincēbat, in ligno quoque
vinceretur: per Christum Dómi-
num nostrum. Per quem maiestâ-
tem tuam laudant Angeli, adórant
Dominatiónes, tremunt Potestá-
tes: Cæli, cælórumque virtútes,
ac beata Séraphim, sócia exulta-
tióne concélebrant. Cum quibus
& nostras voces, vt admitti iú-
beas deprecâmur, súpplici con-
fessióne dicentes:

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dó-
minus Deus Sábaoth. Pleni sunt
cæli & terra glória tua, Hosánna
in excélsis. Benedictus qui venit
in nómine Dómini, Hosánna in
excélsis.

Comu-

Comunion. Erubescant, & reuerentur simul, qui gratulantur malis meis: induantur pudore & reuerentia, qui maligna loquuntur aduersus me.

Poscomunion.

Praebant nobis, Dómine, diuinum tua sancta feruorem: quo eorum pariter & actu delectemur & fructu. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

Dicese otra Poscomunion: y será o contra los que persiguen la Iglesia.

Quæsumus Dómine Deus noster: ut quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis non finas subiacere periculis. Per Dóminum nostrum.

O por Su Santidad.

Hæc nos, quæsumus Dómine, diuini sacramenti percéptio

68 Martes de la Semana Santa,
prótegat : & fámulum tuum N.
quem pastórem Ecclésiæ tuæ præ-
esse voluisti, vnà cum commisso
sibi grege, saluet semper & mú-
niat. Per Dóminum nostrum.

Al pueblo. Orémus.

Humiliâte cápita vestra Deo.

Oracion.

A Diuua nos Deus salutáris no-
ster: & ad beneficia recolén-
da, quibus nos instauráre dignáus
es, tríbue veníre gaudéntes. Per
Dóminum nostrum.

M A R T E S

de la Semana Santa.

Statio ad sanctam Priscam. Introito.



Os autem gloriári o-
pórtet in Cruce Dó-
mini nostri Iesu Chri-
sti: in quo est salus, vi-
ta, & resurrectio nostra: per quem
saluáti,

saluati & liberati sumus. Salmo. Deus misereatur nostri, & benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri. Nos autem.

Oracion.

OMnipotens sempiternae Deus, da nobis ita Dominae passionis sacramenta peragere; ut indulgentiam percipere mereamur. Per eundem Dominum nostrum.

Añadase otra Coleta, que podrá ser, o contra los que persiguen la Iglesia.

Ecclésiæ tuæ, quæsumus Domine, preces placatus admittē: ut destructis aduersitatibus & erroribus vniuersis, secūra tibi seruiat libertate. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum: Qui tecum vivit.

70 Martes de la Semana Santa,

O por el Pontifice. Oracion.

DEUS omnium fidelium Pastor
& rector, famulum tuum N.
quem Pastorem Ecclesiae tuae pra-
esse voluisti, propitius respice: da
ei, quaesumus, verbo & exemplo,
quibus praest, proficere; ut ad vi-
tam, vna cum grege sibi credito,
perueniat sempiternam. Per Do-
minum nostrum Iesum Christum
Filium tuum.

No se dice tercera Oracion.

Lectio Ieremiae Prophetae.

Cap. 11. d

IN diebus illis: Dixit Ieremias:
Domine demonstraisti mihi, &
cognoui: tunc ostendisti mihi
studia eorum. Et ego quasi agnus
mansuetus, qui portatur ad victi-
mam: & non cognoui quia co-
gitauerunt super me consilia, di-
centes:

céntes : Mittâmus lignum in panem eius, & eradâmus eum de terra viuéntium, & nomen eius non memorêtur âmpliùs. Tu autem Dómine Sábaoth, qui iúdicas iustè, & probas renes & corda, vídeam vltiônem tuam ex eis : tibi enim reuelâui causam meam, Dómine Deus meus.

Gradual. E go autem, dum mihi molésti essent, induêbam me cilício, & humiliâbam in ieiúnió animam meam : & orátio mea in sinu meo conuertêtur. *ÿ.* Iúdica Dómine nocéntes me, expúgna impugnántes me : apprehénde arma & scutum, & exúrge in adiutórium mihi.



P A S S I O
 DOMINI NOSTRI
 IESV CHRISTI
 Iecúndum Marcum.

Cap. 14. & 15.



IN illo tēpore : Erat
 Pascha & Azyrna post
 bídium : & quære-
 bant summi sacerdotē-
 tes & scribæ quómo-
 do Iesum do-
 lo tenērent , & occíderent. Dicē-
 bant autem : s Non in die festo,
 ne fortè tumúltus fieret in pópu-
 lo. c Et cūm esset Iesus Bethánia
 in domo Simónis leprósi , & re-
 cumberet : venit múlíer habens
 alabástrum vnguēti nardi spicá-
 ti pretiósí ; & fracto alabástro, ef-
 fúdit super caput eius. Erant au-

E s

tem

74 Martes de la Semana Santa,
tem quidam indignè ferentes in-
tra semetipsos; & dicentes: § Ut
quid perditio ista unguenti facta
est? Póterat enim unguentum
istud venúndari plus quàm tre-
cèntis denáriis, & dari paupé-
ribus. c Et fremébant in eam. Iesus
autem dixit: ✝ Sínite eam, quid
illi molésti estis? Bonum opus
operáta est in me. Semper enim
pauperes habétis vobíscum; &
cùm voluéritis, potéstis illis be-
nefácere: me autem non semper
habétis. Quod hábuit hæc, fecit:
præuénit úngere corpus meum in
sepultúram. Amen dico vobis:
Vbicúmque prædicátum fúerit Eu-
angélium istud in vniuerso mun-
do, & quòd fecit hæc, narrábitur
in memóriam eius. c Et Iudas
Iscariótes vnus de duódecim abiit
ad

ad summos Tacerdotes, vt pröderet eum illis. Qui audientes, gauisi sunt: & promiserunt ei pecuniam se daturos. Et quærebat quomodo illum opportunè tráderet. Et primo die Azy-morum, quando Pascha immolábant, dicunt ei discipuli: Quò vis eâmus, & parêmus tibi vt mandúces Pascha? c Et mittit duos ex discipulis suis, & dicit eis: ✠ Ite in ciuitâtem: & occurret vobis homo lagênâ aquæ báiu-lans, sequimini eum: & quocúmque introierit, dícite dómîno domus, quia magíster dicit: Vbi est refectio mea, vbi Pascha cum discipulis meis mandúcem? Et ipse vobis demonstrâbit coenâculum grande, stratum: & illic parâte nobis. c Et abiêrunt disci-

76 **Martes** de la Semana Santa,
discípuli eius, & uenerunt in ciui-
tatem: & inuenerunt sicut dixerat
illis, & parauerunt Pascha. Véspe-
re autem facto, venit cum duó-
decim. Et discumbéntibus eis, &
manducántibus, ait Iesus: ✠ A-
men dico uobis, quia vnus ex vo-
bis tradet me, qui manducat me-
cum. c At illi cœpérunt contristá-
ri, & dícere ei singulátim: s Num-
quid ego? c Qui ait illis: ✠ Vnus
ex duódecim, qui intíngit mecum
manum in catíno. Et Fílius qui-
dem hóminis vadit sicut scriptum
est de eo: Væ autem hómini il-
li, per quem Fílius hóminis tra-
dêtur. Bonum erat ei, si non es-
set natus homo ille. c Et mandu-
cántibus illis, accêpit Iesus panem:
& benedícens fregit, & dedit eis,
& ait: ✠ Súmite, hoc est corpus
meum.

Passion según S. Matheo. 27
meum. c Et accépto cálice, grátias
agens dedit eis: & bibérunt ex illo
omnes. Et ait illis: ✠ Hic est san-
guis meus noui testaméti, qui
pro multis effundêtur. Amen di-
co vobis, quia iam non bibam de
hoc genimine vitis vsque in diem
illum, cùm illud bibam nouum
in regno Dei. c Et hymno dicto,
exierunt in montem Oliuârum. Et
ait eis Iesus: ✠ Omnes scandali-
zabimini in me in nocte ista: quia
scriptum est: Percútiâm pastôrem,
& dispergentur oues. Sed post-
quam resurrexero, præcédam vos
in Galilæam. c Petrus autem ait
illi: s Et si omnes scandalizati
fuerint in te, sed non ego. c Et
ait illi Iesus: ✠ Amen dico tibi,
quia tu hódie in nocte hac, priús-
quam gallus vocem bis dederit,
ter

78 Martes de la Semana Santa,
ter me es negatûrus. ¶ At ille âm-
plius loquebâtur: s Et si oportue-
rit me simul cômminori tibi, non
te negâbo. ¶ Similiter autem &
omnes dicébant. Et veniunt in
prædium, cui nomen Gethséma-
ni. Et ait discipulis suis: ✠ Se-
dête hîc donec orem. ¶ Et assû-
mit Petrum, & Iacôbum, & Ioân-
nem secum: & cœpit pauère, &
tædêre. Et ait illis: ✠ Tristis est
ánima mea vsque ad mortem: sus-
tinêre hîc, & vigilâte. ¶ Et cûn
processisset paululum, prócidit su-
per terram: & orâbat, vt, si fie-
ri posset, transîret ab eo hora: &
dixit: ✠ Abba, Pater, ómnia
tibi possbília sunt: transfer cá-
licem hunc à me: sed non quod
ego volo, sed quod tu. ¶ Et ve-
nit, & inuénit eos dormiéntes.

Et

Et ait Petro: **✠** Simon dormis?
Non potuisti vna hora vigilare?
Vigilate, & orate vt non intretis
in tentationem. Spiritus quidem
promptus est, caro vero infirma:
¶ Et iterum abiens orauit eum-
dem sermonem dicens. Et reuer-
sus, denuo inuenit eos dormien-
tes (erant enim oculi eorum gra-
uati) & ignorabant quid respon-
derent ei. Et venit tertio, & ait
illis: **✠** Dormite iam, & re-
quiescite. Sufficit enim vna hora:
ecce Filius hominis tradetur in
manus peccatorum. Surgite, & e-
amus. Ecce qui me tradet, pro-
pe est. ¶ Et, adhuc eo loquen-
te, venit Iudas Iscariotes vnus
de duodecim, & cum eo turba
multa cum gladijs & lignis, a
summis sacerdotibus, & Scri-
bis,

80 Mattes de la Semana Santa,
bis, & senióribus. Déderat autem
tráditor eius signum eis, dicens:
s Quemcúmque osculátus fuero,
ipse est, tenête eum, & dúcite cau-
te. c Et cum venisset, statim ac-
cédens ad eum, ait: s Ave Rab-
bi. c Et osculátus est eum. At il-
li manus iniecérunt in eum, & te-
nuérunt eum. Vnus autem qui-
dam de circumstantibus edú-
cens gládium, percússit seruum
summi sacerdotis: & amputáuit
illi aurículam. Et respóndens Ie-
sus, ait illis: ✠ Tanquam ad
latrónem exístis cum gládijs &
lignis comprehendere me? Quo-
tidie eram apud vos in templo do-
cens, & non me tenuístis. Sed vt
impleántur Scriptúra. c Tunc di-
scípuli eius relinquentes eum, om-
nes fugérunt. Adoléscent autem
quidam

Passion segun S. Marco. 81

quidam sequébatur eum amictus
sindone super nudo: & tenuerunt
eum. At ille reiecta sindone, nu-
das profugit ab eis. Et adduxerunt
Iesum ad summum sacerdotem:
& conuenerunt omnes sacerdotes,
& Scribae, & Seniores. Petrus au-
tem à longè secutus est eum us-
que intrò in atrium summi sacer-
dotis: & sedebat cum ministris
ad ignem, & calefaciebat se. Sum-
mi verò sacerdotes, & omne con-
cilium quærebant aduersus Iesum
testimónium, vt eum morti trá-
derent, nec inueniebant. Multi
enim testimónium falsum dice-
bant aduersus eum: & conue-
niencia testimónia non erant. Et
quidam surgentes, falsum testi-
mónium ferebant aduersus eum,
dicentes: s. Quóniam nos audi-

F

uimus

82 Martes de la Semana Santa,
uimus eum dicentem : Ego dis-
soluam templum hoc manufá-
ctum , & per trídium aliud non
manufáctum ædificábo. c Et non
erat conuéniens testimónium il-
lòrum. Et exúrgens summus sa-
cérdos in médium , interrogáuit
Iesum, dicens: s Non respóndes
quidquam ad ea , quæ tibi obii-
ciúntur ab his ? c Ille autem ta-
cêbat , & nihil respóndit. Rur-
sum summus sacérdos interrogâ-
bat eum , & dixit ei : s Tu es
Christus Fílius Dei benedícti ? c Ie-
sus autem dixit illi : ✠ Ego sum ;
& vidébitis Fílium hóminis se-
déntem à dextris virtútis Dei , &
veniéntem cum núbibus cæli.
c Summus autem sacérdos scin-
dens vestiménta sua , ait : s Quid
adhuc desiderámus testes ? Au-
dístis

Passion segun S. Marco. &
dístis blasphemiam: quid vobis
videtur? ¶ Qui omnes condem-
nauerunt eum esse reum mortis.
Et coeperunt quidam conspuere
eum, & velate faciem eius, &
colaphis eum caedere, & dicere
ei: s Prophetiza. ¶ Et ministri
alapis eum caedebant. Et cum ef-
set Petrus in atrio deorsum, ve-
nit vna ex ancillis summi sacer-
dotis: & cum vidisset Petrum ca-
lescientem se, aspiciens illum,
ait: s Et tu cum Iesu Nazareno
eras. ¶ At ille negauit, dicens:
s Neque scio, neque noui quid di-
cas. ¶ Et exiit foras ante atrium,
& gallus cantauit. Rursus autem
cum vidisset illum ancilla, coepit
dicere circumstantibus: Quia hic
ex illis est. At ille iterum negauit.
Et post pusillum, rursus qui astá-

84 Martes de la Semana Santa,
bant, dicébant Petro : s Verè ex
illis es : nam & Galilæus es. c Il-
le autem coepit anathematizâre,
& iurâre : Quia nescio hómīnem
istum , quem dicitis. Et statim
gallus iterum cantâuit. Et recor-
dâtus est Petrus verbi, quod dixe-
rat ei Iesus: Priúsq̄am gallus can-
tet bis , ter me negâbis. Et coepit
fere. Et confestim, manè consi-
lium faciētes summi sacerdotes
cum senióribus, & Scribis, & vni-
uerso concílio, vinciētes Iesum,
duxerunt , & tradiderunt Piláto.
Et interrogâuit eum Pilátus: s Tu
es Rex Iudeórum? c At ille re-
spóndens , ait illi: ✠ Tu dicis.
c Et accusábant eum summi sa-
cerdotes in multis. Pilátus au-
tem rursus interrogâuit eum, di-
cens : s Non respóndes quid-
quam?

quam? vide in quantis te accúsant. c Iesus autem ámplius nihil respóndit, ita vt mirarétur Pilátus. Per diem autem festum solébat dimíttere illis vnum ex vinctis, quemcúmque petíssent. Erat autem qui dicebátur Barábbas, qui cum seditiósus erat vinctus, qui in seditióne fécerat homicídium. Et cum ascendísset turba, coepit rogáre, sicut semper faciêbat illis. Pilátus autem respóndit eis, & dixit: s Vultis dimíttam vobis Regem Iudæórum? c Sciêbat enim quòd per inuídiam tradidíssent eum summi sacerdotes. Pontífices autem concitauerunt turbam, vt magis Barábbam dimíteret eis. Pilátus autem iterùm respóndens, ait illis: s Quid ergo vultis fáciam Regi Iudæórum?

86 Martes de la Semana Santa,
c At illi iterum clamauerunt :
s Crucifige eum. c Pilatus vero
dicebat illis : s Quid enim mali
fecit ? c At illi magis clamabant :
s Crucifige eum. c Pilatus autem
volens populo satisfacere, dimisit
illis Barabbam ; & tradidit Iesum
flagellis caesum, ut crucifigeretur.
Milites autem duxerunt eum in
atrium praetorii, & conuocant to-
tam cohortem, & induunt eum
purpura, & imponunt ei plecten-
tes spineam coronam. Et coepe-
runt salutare eum : Aue Rex Iu-
daeorum. Et percutiebant caput
eius arundine : & conpuebant
eum, & ponentes genua, adora-
bant eum. Et postquam illuserunt
ei, exuerunt illum purpura, &
induerunt eum vestimentis suis :
& educunt illum ut crucifigerent
eum.

Passion segun S. Marco. 87

eum. Et angariauerunt prætereun-
tem quempiam, Simõnem Cyre-
næum, venientem de villa, pa-
trem Alexandri & Rufi, vt tolle-
ret crucem eius. Et perducunt il-
lum in Gólgotha locum: quod est
interpretatum Caluáriæ locus. Et
dabant ei bíbere myrrhátum vi-
num: & non accêpit. Et cruci-
figentes eum, diuiserunt vesti-
mènta eius, mittentes sortem su-
per eis, quis quid tólleret. Erat
autem hora tertia: & crucifixe-
runt eum. Et erat tíulus causæ
eius inscriptus: Rex Iudæorum.
Et cum eo crucifigunt duos latró-
nes; vnum à dextris, & álium à siní-
stris eius. Et implèta est Scriptûra,
quæ dicit: Et cum iníquis repu-
tátus est. Et prætereuntes blasphe-
mábant eum, mouentes cápita

88. Mattes de la Semana Santa,
sua, dicentes: s. Vah qui dé-
struis templum Dei, & in tribus
diebus reedificas: saluum fac te-
metipsum descendens de cruce.
c. Similiter & summi sacerdotes
illudentes, ad alterutrum cum
Scribis dicebant: s. Alios saluos
fecit, seipsum non potest saluum
facere. Christus Rex Israël descen-
dat nunc de cruce, vt videamus,
& credamus. c. Et qui cum eo cru-
cifixi erant, conuertiabantur ei. Et
facta hora sexta, tenebræ factæ
sunt per totam terram, vsque in
horam nonam. Et hora nona ex-
clamauit Iesus voce magna, di-
cens: ✠ Eloi, Eloi, lamma sa-
baethani? c. Quod est interpretâ-
tum: ✠ Deus meus, Deus meus,
vt quid dereliquisti me? c. Et
quidam de circumstantibus au-
dientes,

diētes, dicēbant: s. Ecce Eliam
 vocat. c. Currens autem vnus,
 & implens spóngiam aceto, cir-
 cumponēnsque cálamo, potum
 dabat ei, dicens: s. Sínite, videā-
 mus si veniat Elías ad depōnē-
 dum eum. c. Iesus autem emissa
 voce magna expirauit. [Hincate
 de rodillas, y haced vna breue pa-
 usa.] Et velum templi scissum est
 in duo, à summo vsque deorsum.
 Videns autem Centurio, qui ex
 aduerso stabat, quia sic clamans
 expirasset, ait: s. Verè hic ho-
 mo Filius Dei erat. c. Erant au-
 tem & mulieres de longè aspi-
 cientes: inter quas erat María
 Magdalēne, & María Iacobi mi-
 noris & Ioseph mater, & Salomé:
 & cū esset in Galilæa, sequeban-
 tur eum, & ministrabant ei, &

90 Martes de la Semana Santa,
álias multæ, quæ simul cum eo
ascenderant Ierosólymam.

Lo que sigue se canta entono de
Euangelio, con las ceremonias que
pusimos arriba.

ET cùm iam serò esset factum
(quia erat Paráscæue, quod est
ante sábbatum) venit Ioseph ab
Arimathæa nóbilis decúrio, qui &
ipse erat expéctans regnum Dei,
& audácter introiuit ad Pilátum,
& pétijt corpus Iesu. Pilátus au-
tem mirabâtur si iam obiisset. Et
accersito Centurióne, interrogá-
uit eum si iam mórtuus esset. Et
cùm cognouisset à Centurióne,
donâuit corpus Ioseph. Ioseph au-
tem mercâtus síndonem, & depó-
nens eum inuóluit sídone, & pó-
suit eum in monuménto, quod e-
rat excísus de petra, & aduóluit
lápidem

lápídem ad óstium monuménti.

Offertorio. Custódi me: Dó-
mine de manu peccatôris: & ab
homínibus iníq̄is erípe me.

Secreta

Sacrificia nos, quæsumus Dó-
mine, propénsius ista restáu-
rent: quæ medicinalibus sunt in-
stituta ieiúnijs. Per Dóminum no-
strum Iesum Christum Fílium
tuum: Qui tecum viuit & regnat
in vnitate Spíritus sancti Deus, per
ómnia sæcula sæculórum.

Omnia Secreta se dice, o contra los
que perliguen la Iglesia.

Protege nos Dómine tuis my-
sterijs seruiétes: vt diuinis re-
bus inhæréntes, & corpore tibi
famulémur, & mente. Per Dómi-
num nostrum Iesum Christum
Fílium tuum.

92 Martes de la Semana Santa,
O por el Pontifice.

O Blátis, quæsumus Dómine,
placâre munéribus: & famu-
lum tuum N. quem Pastórem Ec-
clésiæ tuæ præesse voluísti, assí-
dua protectiône gubérna. Per Dó-
minum nostrum Iesum Christum
Fílium tuum: Qui tecum vivit &
regnat in vnitâre Spíritus sancti
Deus, per ómnia sæcula sæculó-
rum. **Et Amen.**

Prefacio de la S. Cruz

V Erè dignum & iustum est, æ-
quum & salutâre, nos tibi
semper, & vbique grátias ágere:
Dómine sancte, Pater. omnípo-
tens, ætérne Deus. Qui salutem
humáni generis in ligno Crucis
constituísti: vt vnde mors oriebâ-
tur, inde vita resúrgeret: & qui in
ligno vincêbat, in ligno quoque
vince-

vinceretur: per Christum Dóminum nostrum. Per quem maiestatem tuam laudant Angeli, adórant Dominatiónes, tremunt Potestátes. Cæli, cælorúmque virtútes, ac beáta Séraphim, sócia exultatióne concélebrant. Cum quibus & nostras voces, vt admitti iúbeas deprecámur, súpplici confessiône dicétes:

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus Sábaoth. Pleni sunt cæli & terrá glória tua, Hosánna in excélsis. Benedíctus qui venit in nómine Dómini, Hosánna in excélsis.

Comunion. Aduérsum me exercebántur, qui sedébant in pórtá: & in me pfallébant, qui bibébant vinum: ego verò oratiónem meam ad te Dómine: tempus beneplá-

94 Martes de la Semana Santa,
neplácti Deus in multitudine mi-
sericórdiae tuæ.

Poscomunión.

Sanctificationibus tuis, omni-
potens Deus, & vitia nostra cu-
rentur, & remedia nobis sempi-
terna proueniant. Per Dóminum
nostrum Iesum Christum Fílium
tuum: Qui tecum uiuit.

Segunda Poscomunión, que se
dice o contra los que persiguen la
Iglesia.

Quæsumus Dómine Deus no-
ster: ut quos diuina tribuis
participatióne gaudere, humanis
non finas subiacere periculis. Per
Dóminum nostrum.

O por el Pontífice.

Hæc nos, quæsumus Dómine,
diuini sacramenti percéptio
próteget: & famulum tuum N.
quem

quem pastorem Ecclesiæ tuæ præ-
esse voluisti, unâ cum commisso
sibi grege, saluet semper & mû-
niat. Per Dóminum nostrum.

Al pueblo. O rêmus.

Humiliâte cápita vestra Deo.

Oración.

T Va nos misericórdia, Deus,
& ab omni subreptiône vetu-
stâtis expúrget; & capáces sanctæ
nouitâris efficiat. Per Dóminum.

M I E R C O L E S

de la Semana Santa.

Statio ad sanctam Mariam maiorem.

Introito.



N nómine Iesu omne
genu flectâtur, cælé-
stium, terréstrium, &
infernórum: quia Dó-
minus factus est obédiens vsque
ad mortem, mortem autem cru-
cis:

96 Miercoles de la Semana Santa,
cis : ideo Dominus Iesus Christus
in gloria est Dei Patris. Salmo. Do-
mine exaudi orationem meam: &
clamor meus ad te veniat. In no-
mine. Despues Kyrie eleison, di-
cese tambien, O remus. Flectamus
genua. R. Leuate.

Oracion.

PRæsta quæsumus omnipotens
Deus: vt qui nostris excēssi-
bus incessanter affligimur, per
vnigeniti Filij tui passionem li-
beremur. Qui tecum viuit & re-
gnat in vnitâte Spiritus sancti
Deus, per omnia sæcula sæculô-
rum R. Amen.

Lectio Isaiaæ Prophætæ.

Cap. 62. d. & 63.

HÆc dicit Dominus Deus:
Dicitæ filiæ Sion: Ecce Sal-
uator tuus venit: ecce merces eius
cum

cum eo. Quis est iste qui venit
de Edom, tinctis vestibus de Bos-
ra? iste formosus in stola sua, grá-
diens, in multitudine fortitudinis
suae. Ego, qui loquor iusticiam,
& propugnator sum ad saluán-
dum. Quare ergo rubrum est in-
dumentum tuum, & vestimenta
tua sicut calcantium in torculari?
Torcular calcavi solus; & de Gén-
tibus non est vir mecum: calcavi
eos in furore meo, & conculcavi
eos in ira mea: & aspersus est san-
guis eorum super vestimenta mea;
& omnia indumenta mea inqui-
navi. Dies enim ultionis in corde
meo; annus redemptionis meae ve-
nit. Circumspexi, & non erat au-
xiliator: quaesivi, & non fuit qui
adiuvaret: & salvavit mihi brá-
chium meum; & indignatio mea

98 Miercoles de la Semana Santa,
ipsa auxiliata est mihi. Et concu-
caui populos in furore meo, & in-
ebriaui eos in indignatione mea,
& dextraui in terram virtutem eor-
um. Miserationum Domini re-
cordabor, laudem Domini super
omnibus quae reddidit nobis, Do-
minus Deus noster.

Gradual. Ne auertas faciem
tuam a puero tuo, quoniam tri-
bulor: velociter exaudi me. V. Sal-
uum me fac Deus, quoniam in-
trauerunt aquae usque ad animam
meam: infixus sum in limo pro-
fundi, & non est substantia.

Aqui se dice, Dominus vobis-
cum, sin Flectamus genua.

Oracion.

Deus, qui pro nobis Filium
tuum crucis patibulum sub-
ire voluisti, vt inimici a nobis ex-
pelleres

pélleres potestâtem : concède nobis fámulis tuis ; vt resurrectiõnis grátiam consequâmur. Per eundem Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum: Qui tecum viuit & regnat.

Otra Oracion, o contra los perseguidores de la Iglesia.

Ecclesiæ tuæ, quæsumus Dómine, preces placâtus adimíte; vt destrúctis aduersitatibus & erroribus vniuersis, secúra tibi seruiat libertâte. Per Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum: Qui tecum viuit.

O por el Papa. Oracion.

Deus ómnium fidélium Pastor & rector, fámulum tuum N. quem pastórem Ecclesiæ tuæ præesse voluísti, propítius respice: da ei, quæsumus, verbo & exemplo,

109 Miercoles de la Semana Santa,
plo, quibus præest, proficere; ut
ad vitam, vnà cum grege sibi cré-
dito, peruéniat sempitérnam. Per
Dóminum nostrum Iesum Chri-
stum Fílium tuum: Qui tecum
viuit & regnat in vnitâte Spíritus
sancti Deus, per ómnia sæcula sæ-
culórum. *Re.* Amen.

No se dice tercera Oracion.

Léctio Isaíæ Prophétæ. *Cap. 53.*

IN diêbus illis: Dixit Isaías: Dó-
mine, quis crédidit auditui no-
stro? & bráchium Dómini cui re-
uelâtum est? & ascéndet sicut vir-
gúltum coram eo, & sicut radix
de terra sitiénti: non est spécies ei,
neque decor: & vídimus eum, &
non erat aspéctus, & desideráui-
mus eum: despéctum, & nouíssi-
mum virórum, virum dolórum,
& sciéntem infirmitâtem: & quasi
abscón-

abscónditus vultus eius & despéctus, vnde nec reputáuimus eum. Verè languóres nostros ipse tulit, & dolóres nostros ipse portâuit: & nos putáuimus eum quasi leprósum, & percússum à Deo & humiliârum. Ipse autem vulnerâtus est propter iniquitâtes nostras, attritus est propter scélera nostra: disciplína pacis nostræ super eum, & liuóre eius sanâti sumus. Omnes nos quasi oves erráuimus, vnusquisque in viam suam declinâuit: & pósuit Dóminus in eo iniquitâtem ómnium nostrûm. Oblâtus est quia ipse vóluit, & non apéruit os suum: sicut ovis ad occisiónem ducêtur, & quasi agnus coram tondente se obmutéscet, & non apériet os suum. De angústia, & de iudício sublâtus est: gene-

102 Miercoles de la Semana Santa,
rationem eius quis enarrabit? quia
abscissus est de terra uiuentium:
propter scelus populi mei percussit
eum. Et dabit impios pro sepultura,
& diuitem pro morte sua: eo quod
iniquitatem non fecerit, neque dolus
fuerit in ore eius. Et Dominus uoluit
contedere eum in infirmitate: si posuerit
pro peccato animam suam, uidebit
semen longæuum, & uoluntas
Domini in manu eius dirigetur.
Pro eo quod laborauit anima eius,
uidebit & saturabitur: in scientia
sua iustificabit ipse iustus seruus
meus multos, & iniquitates eorum
ipse portabit. Ideo disperdiam
ei plurimos: & fortium diuidet
spolia, pro eo quod tradidit in
mortem animam suam, & cum
sceleratis reputatus est: & ipse
peccâ-

peccãta multôrum tulit, & pro
transgressôribus rogãuit.

Tractô. D ómine exãudi ora-
tiõnem meam, & clamor meus
ad te véniat. *ÿ.* Ne auértas fáciem
tuam à me: in quacúmque die trí-
bulor, inclína ad me aurem tuam.
ÿ. In quacúmque die inuocãuero
te, velóciter exãudi me. *ÿ.* Quia
defecérunt sicut fumus dies mei:
& ossa mea sicut in frixório con-
fríxa sunt. *ÿ.* Percússus sum sicut
foenum, & áruit cor meum: quia
oblítus sum manducãre panem
meum. *ÿ.* Tu exúrgens Dómine
miséréberis Sion: quia venit tem-
pus miseréndi eius.



PASSIO DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI

secundum Lucam.

Cap. 22. et 23.



In illo tempore : Appropinquabat dies festus Azymorum , qui dicitur Pascha : & querebant principes sacerdotum , & Scribae , quomodo Iesum interficerent : timebant vero plebem. Intravit autem Satanas in Iudam , qui cognominabatur Iscariotes , unum de duodecim. Et abiit , & locutus est cum principibus sacerdotum , & magistratibus , quemadmodum illum traderet eis . Et gauisi sunt , & pacti sunt pecuniam illi dare :

106 Miercoles de la Semana Santa,
Et spopóndit. Et quærêbat oppor-
tunitâtem vt trâderet illum sine
turbis. Venit autem dies Azymô-
rum, in qua necesse erat occídi
pascha. Et misit Petrum & Ioán-
nem, dicens: ✠ Eúntes parâte
nobis pascha, vt manducêmus.
c At illi dixerunt: s Vbi vis parê-
mus? c Et dixit ad eos: ✠ Ecce
introëúntibus vobis in ciuitâtem,
occúrret vobis homo quidam am-
phoram aquæ portans: sequimini
eum in domum, in quam intrat,
& dicêtis patrifamílias domus:
Dicit tibi Magíster: Vbi est di-
uersórium, vbi pascha cum discí-
pulis meis mandúcem? Et ipse
osténdet vobis coenáculum ma-
gnum stratum, & ibi parâte.
c Eúntes autem inuenérunt sicut
dixit illis, & parauerunt pascha.
Et

Et cùm facta esset hora, discubuit,
& duódecim Apóstoli cum eo. Et
ait illis : ✠ Desiderio desideráui
hoc pascha manducâre vobíscum,
ántequam pátiar. Dico enim vo-
bis, quia ex hoc non manducábo
illud, donec impleâtur in regno
Dei. c Et accépto cálice, grátias
egit, & dixit : ✠ Accípite, & di-
uidite inter vos. Dico enim vobis
quòd non bibam de generatióne
vitis, donec regnum Dei véniat.
c Et accépto pane grátias egit, &
fregit, & dedit eis, dicens : ✠ Hoc
est corpus meum, quod pro vo-
bis datur : hoc fácite in meam
commemoratióne. c Simíliter
& cálicem, postquam coenâuit,
dicens : ✠ Hic est calix nouum
testaméntum in sánguine meo,
qui pro vobis fundêtur. Verúm-
tamen

108^r Miercoles de la Semana Santa,
tamen ecce manus tradentis me,
mecum est in mensa. Et quidem
Filius hominis, secundum quod
definitum est, vadit: verumta-
men vae homini illi, per quem tra-
detur. C Et ipsi coeperunt quære-
re inter se, quis esset ex eis, qui
hoc facturus esset. Facta est autem
& contentio inter eos, quis eorum
videretur esse maior. Dixit autem
eis: ✠ Reges gentium dominan-
tur eorum: & qui potestatem ha-
bent super eos, benefici vocantur.
Vos autem non sic: sed qui maior
est in vobis, fiat sicut minor; &
qui praecessor est, sicut ministrator.
Nam quis maior est, qui re-
cumbit, an qui ministrat? nonne
qui recumbit? Ego autem in me-
dio vestrum sum, sicut qui mini-
strat: vos autem estis, qui per-
man-

Passion según S. Lucas. 109

mansiſtis mecum in tentationi-
bus meis. Et ego diſpono vobis
ſicut diſpoſuit mihi Pater meus
regnum, vt edatis & bibatis ſuper
menſam meam in regno meo, &
ſedeatis ſuper thronos, iudicantes
duodecim tribus Iſraël. c. Ait au-
tem Dóminus: ✠ Simon, Si-
mon, ecce ſátanas expetiuit vos vt
cribrâret ſicut tríticum: ego au-
tem rogâui pro te, vt non deficiat
fides tua: & tu aliquando con-
uerſus, confirma fratres tuos.
c Qui dixit ei: s Dómine, tecum
parâtus ſum & in cárcerem & in
mortem ire. c At ille dixit: ✠ Di-
co tibi Petre, Non cantâbit hó-
die gallus, donec ter abneges noſ-
ſe me. c Et dixit eis: ✠ Quando
miſi vos ſine ſácculo, & pera, &
calceamentis, numquid áliquid
defuit

110 Miercoles de la Semana Santa,
defuit vobis ?c At illi dixerunt:
s Nihil.c Dicit ergo eis: ✠ Sed
nunc, qui habet sacco, tol-
lat similiter & peram: & qui non
habet, vendat tunica suam, &
emat gladium. Dico enim vobis,
quoniam adhuc hoc quod scri-
ptum est, oportet impleri in me:
Et cum iniquis deputatus est. Et-
enim ea, que sunt de me, finem ha-
bent.c At illi dixerunt: s Domi-
ne, ecce duo gladij hic.c At ille
dixit eis: ✠ Satis est.c Et egrés-
sus ibat secundum consuetudi-
nem in montem Oliuarum. Secú-
ti sunt autem illum & discipuli.
Et cum peruenisset ad locum, di-
xit illis: ✠ Orate ne intratis in
tentationem.c Et ipse auulsus est
ab eis quantum iactus est lápi-
dis: & positis genibus orabat, di-
cens:

centis: ✠ Pater si vis, transfer cálicem istum à me: verúntamen non mea volúntas, sed tua fiat. **C** Appáruit autem illi Angelus de cælo, confórtans eum. Et factus in agonía prolíxiùs orâbat. Et factus est sudor eius, sicut guttæ sánguinis decurréntis in terram. Et cùm surrexíset ab oratióne, & veníset ad discípulos suos, inuênit eos dormiéntes præ tristitia. Et ait illis: ✠ Quid dormítis? Súrgite, orâte, ne intrétis in tentatió-nem. **C** Adhuc eo loquente, ecce turba: & qui vocabâtur Iudas, vnus de duódecim, antecedêbat eos: & appropinquâuit Iesu vt oscularêtur eum. Iesus autem dixit illi: ✠ Iuda, ósculo Fílium hó-minis tradis? **C** Vidéntes autem hi, qui circa ipsum erant, quod fu-rúrum

112 Miercoles de la Semana Santa,
tūrum erat, dixerunt ei: s Dōmi-
ne, si percūtimus in gládio? c Et
percūssit vnus ex illis seruum prin-
cipis sacerdotum, & amputauit
auriculam eius dexteram. Respon-
dens autem Iesus, ait: ✠ Sinite
vsque huc. c Et cū tetigisset au-
riculam eius, sanauit eum. Dixit
autem Iesus ad eos, qui uenerant
ad se, principes sacerdotum, &
magistratus templi, & seniores:
✠ Quasi ad latronem existis cum
gladijs & fustibus? Cū quoti-
die uobiscum fuerim in templo,
non extendistis manus in me: sed
hæc est hora uestra, & potestas
tenebrarum. c Comprehenden-
tes autem eum, duxerunt ad do-
mum principis sacerdotum: Pe-
trus uero sequebatur à longè. Ac-
censò autem igne in medio atrij,
&

& circumsedéntibus illis, erat Petrus in médio eórum. Quem eúm vidíffet ancílla quædam sedéntem ad lumen, & eum fuíffet intúita, dixit: s Et hic cum illo erat. c At ille negâuit eum, dicens: s Múlier, non noui illum. c Et post pusillum álius videns eum, dixit: s Et tu de illis es. c Petrus verò ait: s O homo, non sum. c Et interuállo facto quasi horæ vnûs, álius quidam affirmâbat, dicens: s Verè & hic cum illo erat: nam & Galilæus est. c Et ait Petrus: s Homo, nescio quid dicis. c Et continuò adhuc illo loquente cantâuit gallus. Et conuérsus Dóminus respéxit Petrum. Et recordâtus est Petrus verbi Dómini, sicut dixerat: quia priúsquam gallus cantet, ter me negâbis. Et egré-

114 Miercoles de la Semana Santa,
sus foras Petrus fleuit amare. Et
viri qui tenebant illum, illude-
bant ei, cadentes. Et velauerunt
eum, & percutiebant faciem eius:
& interrogabant eum, dicentes:
s Prophetiza, quis est, qui te per-
cussit? c Et alia multa blasphe-
mantes dicebant in eum. Et vt fa-
ctus est dies, conuenerunt senio-
res plebis, & principes sacerdo-
tum, & Scribae, & duxerunt illum
in concilium suum, dicentes: s Si
tu es Christus, dic nobis. c Et ait
illis: ✠ Si vobis dixero, non cre-
detis mihi: Si autem & interroga-
uero, non respondebitis mihi, ne-
que dimittetis. Ex hoc autem erit
Filius hominis sedens a dextris
virtutis Dei. c Dixerunt autem
omnes: s Tu ergo es Filius Dei?
c Qui ait: ✠ Vos dicitis, quia ego
sum.

sum. C At illi dixerunt: s Quid
 adhuc desideramus testimonium?
 ipsi enim audiuimus de ore eius.
 C Et surgens omnis multitudo eor-
 rum, duxerunt illum ad Pilatum.
 Coeperunt autem illum accusare,
 dicentes: s Hunc inuenimus
 subuertentem gentem nostram, &
 prohibentem tributa dare Caesari,
 & dicentem se Christum Regem
 esse. C Pilatus autem interrogauit
 eum, dicens: s Tu es Rex Iu-
 daeorum? C At ille respondens,
 ait: ✝ Tu dicis. C Ait autem
 Pilatus ad principes sacerdotum,
 & turbas: s Nihil inuenio cau-
 sae in hoc homine. C At illi inua-
 lescebant, dicentes: s Commo-
 uet populum, docens per uniuersam
 Iudaeam, incipiens a Galilaea
 usque huc. C Pilatus autem audiens

116 Miercolès de la Semaine Santa,
Galilæam, interrogâuit si homo
Galilæus esset. Et vt cognôuit
quòd de Herôdis potestâte esset,
remîsit eum ad Herôdem, qui &
ipse Ierosólymis erat illis dièbus.
Heródes autem viso Iesu, gauî-
sus est valdè. Erat enim cúpiens ex
multo témpore vidère eum, eò
quòd audierat multa de eo: & spe-
râbat signum áliquod vidère ab
eo fieri. Interrogâbat autem eum
multis fermónibus. At ipse nihil illi
respondêbat. Stabant autem prín-
cipes sacerdotum & Scribæ con-
stânter accusântes eum. Spreuit au-
tem illum Heródes cum exercitu
suo: & illûsit indûtum veste alba,
& remîsit ad Pilâtum. Et facti sunt
amíci Heródes & Pilâtus in ipsa
die: nam ánteà inimíci erant ad
ínuicem. Pilâtus autem conuocá-
tis

tis principibus ſacerdotum, & magistratibus, & plebe, dixit ad illos: s Obtulistis mihi hunc hominem quasi auertentem populum; & ecce ego coram vobis interrogans, nullam causam inueni in homine isto ex his, in quibus eum accusatis. Sed neque Herodes: nam remisi vos ad illum, & ecce nihil dignum morte actum est ei. Emendatum ergo illum dimittam. c Necesse autem habebat dimittere eis per diem festum, vnum. Exclamauit autem simul vniuersa turba, dicens: s Tolle hunc, & dimitte nobis Barabbam. c Qui erat propter seditionem quamdam factam in ciuitate & homicidium, missus in carcerem. Iterum autem Pilatus locutus est ad eos, volens dimittere Iesum. At illi succlamabant,

118 Miercoles de la Semana Santa,
bant, dicentes : s Crucifige, cru-
cifige eum. c Ille autem tertio di-
xit ad illos : s Quid enim mali
fecit iste ? nullam causam mortis
inuénio in eo : corrípíam ergo il-
lum, & dimíttam. c At illi in-
stábant vóçibus magnis postu-
lantes vt crucifigerêtur : & inua-
lescébant voces eórum. Et Pilátus
adiudicáuit fieri petitiónem eó-
rum. Dimísit autem illis eum, qui
propter homicídium & seditiô-
nem missus fúerat in cárcerem,
quem petébant : Iesum verò trádi-
dit voluntáti eórum. Et cum dúce-
rent eum, apprehendérunt Simô-
nem quemdam Cyrenénsensem ve-
niéntem de villa : & imposuérunt
illi crucem portâre post Iesum. Se-
quebâtur autem illum multa tur-
ba pópuli, & mulierum : quæ
plan-

plangébant, & lamentabántur eum. Conuérſus autem ad illas Ieſus, dixit: ✠ Fíliæ Ierúſalem, nolíte flere ſuper me, ſed ſuper vos ipſas flete, & ſuper filios veſtrós. Quóniam ecce vénient dies, in quibus dicent: Beátæ ſtériles, & ventres qui non genuérunt, & úbera quæ non lactauérunt. Tunc incipient dícere móntibus: Cádite ſuper nos; & cóllibus: Operíte nos. Quia ſi in víridi ligno hæc fáciunt, in árido quid fiet? c Ducebántur autem & álij duo nequam cum eo, vt interficeréntur. Et poſtquam vénérunt in locum, qui vocátur Caluáriæ, ibi crucifixérunt eum; & latrónes, vnum à dextris, & álterum à ſiníſtris. Ieſus autem dicébat: ✠ Pater, dimítte illis: non enim ſciunt quid fáciunt.

120 Mercoledì della Settimana Santa,
c Diuidentes verò vestimenta eius,
miserunt sortes. Et stabat populus
spectans, & deridebant eum prin-
cipes cum eis, dicentes: s Alios sal-
uos fecit: se saluum faciat, si hic
est Christus Dei electus. c Illudé-
bant autem ei & milites accedén-
tes, & acétum offerentes ei, & di-
cèntes: s Si tu es Rex Iudæorum,
saluum te fac. c Erat autem & su-
perscriptio scripta super eum lit-
teris Græcis, & Latínis, & He-
bráicis: Hic est Rex Iudæorum.
Vnus autem de his, qui pendé-
bant, latrónibus, blasphemábat
eum, dicens: s Si tu es Christus,
saluum fac te metípsum, & nos.
c Respóndens autem alter incre-
pábat eum, dicens: s Neque tu
times Deum, quòd in eâdem dam-
natione es. Et nos quidem iustè;
nam

nam digna factis recipimus: hic verò nihil mali gessit. c Et dicebat ad Iesum: s Dómine, meménto mei, cùm véneris in regnum tuum. c Et dixit illi Iesus: ✠ Amen dico tibi: Hódie mecum eris in paradíso. c Erat autem ferè hora sexta, & ténebræ factæ sunt in vniúersam terram vsque in horam nonam. Et obscurátus est sol: & velum templi scissum est médium. Et clamans voce magna Iesus, ait: ✠ Pater, in manus tuas comméndo spíritum meum. c Et hæc dicens, expiráuit. [Hincase de rodillas, y hace vna breue pausa.] Videns autem Centúrio quod factum fúerat, glorificáuit Deum, dicens: s Verè hic homo iustus erat. c Et omnis turba eórum, qui simul áderant ad spectáculum

122 Miercoles de la Semana Santa,
istud, & vidébant quæ fiébant,
percutiéntes péctora sua reuerte-
bántur. Stabant autem omnes no-
ti eius à longè, & mulíeres quæ
secútæ eum erant à Galilæa, hæc
vidéntes.

Lo que se sigue se lee en tono de
Euangelio: todo lo demas se hara
como el Domingo.

ET ecce vir nómine Ioseph, qui
erat decúrio, vir bonus & iu-
stus: hic non consenserat consílio
& áctibus eórum, ab Arimathæa
ciuitate Iudææ, qui expectábat &
ipse regnum Dei. Hic accéssit ad
Pilátum, & pétijt corpus Iesu: &
depósitum inuóluit síndone, &
pósuit eum in monuménto excí-
so, in quo nondum quisquam pó-
situs fúerat.

Offertorio. D ómine exáudi

ora-

orationem meam, & clamor meus
ad te peruéniat: ne auertas faciém
tuam à me. Secreta.

Suscipe, quæsumus Dómine,
munus oblátum, & dignánte
operâre; vt quod passiônis Fílij tui
Dómini nostri mystério gérimus,
pijs afféctibus consequámur. Per
eúndem Dóminum nostrum Ie-
sum Christum Fílium tuum.

Outra Secreta, o contra los per-
seguidores de la Iglesia.

Protege nos Dómine tuis my-
stérijs seruiétes: vt diuínis re-
bus inhærétes, & corpore tibi
famulémur, & mente. Per Dómi-
num nostrum Iesum Christum.

O por el Pontífice.

Oblátis, quæsumus Dómine,
placâre munéribus: & famu-
lum tuum N. quem Pastórem Ec-
clésiæ

124 Miercoles de la Semana Santa,
clésia tuæ præesse voluisti, assí-
dua protectiõne gubérna. Per Dó-
minum nostrum Iesum Christum.

Prefacio de la S. Cruz.

V Erè dignum & iustum est, æ-
quum & salutâre, nos tibi
semper, & vbique grátias ágere:
Dómine sancte, Pater omnípo-
tens, ætérne Deus. Qui salûtem
humáni géneris in ligno Crucis
constituisti: vt vnde mors oriebâ-
tur, inde vita resúrgeret: & qui in
ligno vincêbat, in ligno quoque
vinceretur: per Christum Dómi-
num nostrum. Per quem maiestâ-
tem tuam laudant Angeli, adórant
Dominatiónes, tremunt Potestá-
tes. Cæli, cælorúmque virtútes, ac
beâta Séraphim, sócia exultatiõne
concelebrant. Cum quibus &
nostras voces, vt admitti iúbeas
depre-

deprecãmur, sùpplici confessiõe dicentes:

S anctus, Sanctus, Sanctus, Dóminus Deus Sábaoth. Pleni sunt cæli & terra glória tua, Hosanna in excélsis. Benedíctus qui venit in nómine Dómini, Hosanna in excélsis.

Comunion. Potum meum cum fletu temperãbam: quia éleuans alisisti me: & ego sicut foenum áru: tu autem Dómine in ætérnum permanes: tu exúrgens miseréberis Sion, quia venit tempus miseréndi eius.

Poscomunion.

L Argíre sènsibus nostris omnipotens Deus; vt per temporãlem Fílij tui mortem, quam mystéria venerãnda testántur, vitam te nobis dedisse perpétuam confidãmus. Per eúndem Dóminum,

Otra

126 Miercoles de la Semana Santa,
Otra Poscomunión, o contra
los perseguidores de la Iglesia.

Quæsumus Dómine Deus no-
ster; vt quos diuina tribuis
participatióne gaudere, humanis
non finas subiacere periculis. Per
Dóminum nostrum Iesum Chri-
stum Fílium tuum.

O por el Papa.

Hæc nos, quæsumus Dómine,
diuini sacramenti percéptio
prótegat: & famulum tuum N.
quem pastórem Ecclesiæ tuæ præ-
esse voluisti, vnà cum commisso
sibi grege, saluet semper & mú-
niat. Per Dóminum nostrum.

Al pueblo. Orémus

Humiliáte cápita vestra Deo.

Oracion.

Respice, quæsumus Dómine,
super hanc famíliam tuam,
pro

pro qua Dŏminus noster Iesus
Christus non dubitauit mánibus
tradi nocéntium, & crucis subire
torméntum. Qui tecum viuít &
regnat in vnitáte Spíritus sancti.

Los tres días siguientes, después
de auerse dicho p̄so el Pater no-
ster, Ave María, y a Maytines y
Prima, el Credo, dexado todo lo
deinas, se enpieça el Oficio diuino;
conuiene a saber en los Maytines y
Visperas de la Antifona del primer
Salmo. Todas las Antifonas se
dicen dos vezes, como en las Fie-
stas dobles.

Los Salmos de todas las Horas
se dicen sin Glória Patri. Y a los
Maytines al fin de cada Salmo se
apaga vna vela de las quince que
tiene el candelero triangular, que
está delante del Altar mayor.

I V E V E S

de la Semana Santa.

A M A Y T I N E S.

Primer Noturno, Antifona.

Zelus domus tuæ comêdit me, &
oppróbria exprobrántium tibi ce-
cidérunt super me. Salmo 68.



Aluum me fac Deus: *
quóniam intrauerunt
aquæ vsque ad áni-
mam meam.

Infixus sum in limo profúndi: *
& non est substántia.

Veni in altitúdinem maris: * &
tempésta demérfit me.

Laboráui clamans, rauca factæ
sunt fauces meæ: * defecerunt óculi
mei, dum spero in Deum meum.

Multiplicati sunt supercapillos cá-
pitis mei, * qui odérunt me gratis.

C on-

Confortáti sunt qui persecúti sunt
me inimíci mei iniústè: * quæ non
rápui, tunc exoluêbam.

Deus tu scis insipientiam meam: *
& delícta mea à te non sunt abf-
côndita:

Non erubéscant in me, qui expé-
ctant te Dómine, * Dómine vir-
tútum.

Non confundántur super me, *
qui quærunt te, Deus Israël.

Quóniam propter te sustínui op-
próbrum: * opéruit confúsió fá-
ciem meam.

Extráneus factus sum frátribus
meis, * & peregrínus fílijs matris
meæ.

Quóniam zelus domus tuæ com-
êdit me: * & oppróbria exprobrán-
tium tibi cecidérunt super me.

Et opéruí in ieiúnió ánimam
I meam: *

130 Iucues Santo,
meam : * & factum est in oppró-
brium mihi.

Et pòsui vestiméntum meum ci-
lícium : * & factus sum illis in
parábolam.

Aduérsum me loquebántur qui
sedébant in porta : * & in me psal-
lébant qui bibébant vinum :

Ego verò oratióne[m] meam ad te
Dñe : * tempus beneplácti Deus.

In multitudíne misericórdiæ tuæ
exáudi me, * in veritáte salútis tuæ.

Eripe me de luto, vt non infígar : *
líbera me ab iis qui odérunt me,
& de profúndis aquárum.

Non me demérgat tempésta a-
quæ, neque absórbeat me profún-
dum : * neque úrgeat super me
púteus os suum.

Exáudi me Dómine, quóniam
benígna est misericórdia tua : *

secún-

secúndum multítudinem misera-
tiónum tuárum respice in me.

Et ne auértas fáciem tuam à púe-
ro tuo: * quóniam tríbuloꝝ, veló-
citer exáudi me.

Inténde ánimę meã, & líbera eã: *
propter inimícos meos éripe me.

Tu scis impropérium meum, &
confusióneꝝ meam, * & reuerén-
tiam meam.

In conspéctu tuo sunt omnes qui
tríbulant me, * impropérium ex-
spectáuit cor meum, & misériam.

Et sustínui qui simul contristare-
tur, & non fuit: * & qui consola-
rétur, & non inuénit.

Et dedérunt in escam meam fel: *

& in siti mea potauerunt me acéto.

Fiat mensa eórum coram ipsis in
láqueum, * & in retributióneꝝ, &
in scándalum.

O bſcurentur óculi eórum ne ví-
deant: * & dorſum eórum ſemper
incúrua.

E ffúnde ſuper éos iram tuam: * &
furor iræ tuæ comprehéndat eos.

Fiat habitátio eórum deférta: * &
in tabernáculis eórum non ſit qui
inhábitet.

Q uóniam quem tu percufsíſti,
perſecúti ſunt: * & ſuper dolôrem
vúlnerum meórum addidérunt.

A ppône iniquitâtem ſuper iniqui-
tâtem eórum: * & non intrent in
iuſtítiam tuam.

D eleántur de Libro viuéntium: *
& cum iuſtis non ſcribántur.

E go ſum pauper & dolens: * ſalus
tua Deus ſuſcêpit me.

Laudâbo nomen Dei cum cánti-
co: * & magnificâbo eum in laude.

E t placêbit Deo ſuper vítulum
nouél-

nouellum: * cornua producén-
tem & úngulas.

V ídeant páuperes & læténtur: *
quærite Deum, & viuet ánima
vestra:

Q uóniam exaudiuit páuperes
Dóminus: * & vinctos suos non
despéxit.

L audent illum cæli & terra, * ma-
re, & ómnia reptília in eis.

Q uóniam Deus saluam fáciat
Sion: * & ædificabúntur ciuitates
Iuda.

E t inhabitábunt ibi, * & heredi-
tâte acquírent eam.

E t semen seruórum eius possidê-
bit eam; * & qui díligunt nomen
eius, habitábunt in ea.

Antiph. Zelus domus tuæ comêdit
me, & oppróbria exprobrántium
tibi cecidérunt super me.

Antifona. Auertántur retrórsim,
& erubéscant, qui cógitant mihi
mala. Salmo 69.

DEus in adiutórium meum in-
ténde: * Dómine ad adiuuán-
dum me festína.

C onfundántur, & reuereántur, *
qui quærunt ánimam meam.

Auertántur retrórsim, & erubé-
scant, * qui volunt mihi mala.

Auertántur statim erubescéntes, *
qui dicunt mihi: Euge, euge.

E xúltent & læténtur in te omnes
qui quærunt te, * & dicant semper,
Magnificêtur Dóminus, qui díli-
gunt salutâre tuum.

E-go verò egênus, & pauper sum: *
Deus ádiuua me.

A diutor meus, & liberâtor meus
es tu: * Dómine ne morêris.

Antif. Auertántur retrórsim, & e-
rubéscant,

rubéscant, qui cōgitant mihi mala.

Antifona. Deus meus éripe me de manu peccatōris. Salmo 70.

In te Dómine speráui, non confundar in ætérnum: * in iustítia tua líbera me, & éripe me.

Inclína ad me autem tuam, * & salua me.

E sto mihi in Deum protectōrem, & in locum munítum: * vt saluum me fácias.

Quóniam firmaméntum meum, * & refúgium meum es tu.

Deus meus éripe me de manu peccatōris, * & de manu contra legem agéntis & iníqui.

Quóniam tu es paciétia mea Dñe: *

Dñe spes mea à iuuentúte mea.

In te confirmátus sum ex útero: *

de ventre matris meæ tu es protéctor meus:

In te cantatio mea semper: * tamquam prodigium factus sum multis: & tu adiutor fortis.

Repleatur os meum laude, vt cantem gloriam tuam; * tota die magnitudinem tuam.

Ne proicias me in tempore senectutis: * cum defecerit virtus mea, ne derelinquas me.

Quia dixerunt inimici mei mihi: * & qui custodiebant animam meam, consilium fecerunt in vnum,

Dicentes: Deus dereliquit eum, persequimini, & comprehendite eum: * quia non est qui eripiat.

Deus ne elongeris a me: * Deus meus in auxilium meum respice.

Confundantur & deficiant detrahentes anime mee: * operiantur confusione & pudore, qui quaerunt mala mihi.

Ego

E go autem semper sperâbo: * & adiúciam super omnem laudem tuam.

O s meum annuntiâbit iusticiam tuam: * tota die salutâre tuum.

Quóniam non cognóui litteratúrâ, introibo in poténtias Dómini: * Dómine memorâbor iustitiæ tuæ solius.

D eus docuísti me à iuventûre mea: * & vsque nunc pronuntiâbo mirabilia tua.

E t vsque in senéctam & sénium * Deus ne derelinquas me.

Donec annúntiem bráchiú tuum * generatióni omni, quæ ventûra est: Poténtiam tuam, & iustitiam tuam Deus vsque in altíssima quæ fecísti magnália: * Deus quis similis tibi?

Quantas ostendísti mihi tribulatiónes

tiões inultas, & malas: & con-
uérſus viuificáſti me: * & de abyſ-
ſis terræ iterùm reduxíſti me:

Multiplicáſti magnificéntiam
tuam: * & conuérſus conſolátus
es me.

Nam & ego cōfitêbor tibi in vafis
pſalmi veritâtem tuã: * Deus pſal-
lam tibi in cíthara, ſanctus Iſraël.
Exultábunt lábia mea cùm cantá-
uero tibi: * & ánima mea, quam
redemíſti.

Sed & lingua mea tota die medi-
tábitur iuſtítiam tuam: * cùm con-
fúſi & reuérſi fúerint qui quærunt
mala mihi.

Antifona. Deus meus éripe me de
manu peccatôris. V. Auertántur
retrórſum, & erubéſcant. R. Qui
cógitant mihi mala.

Estos tres dias en los Noturnos,

despues del Verso, se dice paso vn
 Pater noster, sin decir recio el Et
 ne nos indúcas. No se dicen Abso-
 luciones; ni se dan Bendiciones an-
 tes de las Lecciones; ni al fin se dice,
 Tu autem Dómine. pero las tres
 primeras Lecciones de Ieremias se
 acaban como a baxo se pone.

Incipit Lamentatio Ieremíæ
 Prophétæ.

Leccion j. Cap. I. Aleph.

Q Vómodo sedet sola ciuitas
 plena pópulo: facta est qua-
 si vídua dómina Géntium:
 princeps prouinciárum facta est
 sub tríbuto.

Beth. Plorans plorâuit in nocte, &
 lácrymæ eius in maxillis eius: non
 est qui consolêtur eam ex ómnibus
 charis eius: omnes amíci eius spre-
 uerunt eam, & facti sunt ei inimíci.

Ghi-

Ghimel. Migrâuit Iudas propter afflictionem & multitudinem seruitutis: habitâuit inter Gentes, nec inuenit requiem: omnes persecutores eius apprehenderunt eam inter angustias.

Daleth. Viæ Sion lugent, eò quòd non sint qui veniant ad solemnitatem: omnes portæ eius destructæ, sacerdotes eius gementes, virgines eius squalidæ, & ipsa oppressa amaritudine.

He. Facti sunt hostes eius in capite, inimici eius locupletati sunt: quia Dóminus locutus est super eam propter multitudinem iniquitatum eius: paruuli eius ducti sunt in captiuitatem, ante faciem tribulantis.

Ierúsalem, Ierúsalem, conuértere ad Dóminum Deum tuum.

Assi se acaban las Lamentaciones estos tres dias.

R. In monte Oliuétí oráuit ad Patrem: Pater, si fieri potest, tránseat à me calix iste: * Spíritus quidem promptus est, caro autem infirma. y. Vigilâte, & orâte, vt non intrêtis in tentatiônem. Spíritus.

Leccion ij.

Vau.

ET egréssus est à fília Sion omnis decor eius: facti sunt príncipes eius velut aríetes non inueniéntes páscua, & abierunt absque fortitúdine ante fáciem subsequéntis. Zain. Recordâta est Ierúsalem diêrum afflictiónis suæ, & præuariaciónis ómnium desiderabilium suórum, quæ habúerat à diêbus antíquis, cùm cáderet pópulus eius in manu hostíli, & non esset auxiliátor: vidérunt eam hostes,

&

& deriserunt sabbata eius.

Jerh. Peccatum peccauit Ierusalem, propterea instabilis facta est: omnes qui glorificabant eam, spreuerunt illam, quia viderunt ignominiam eius: ipsa autem gemens conuersa est retrorsum.

Jerh. Sordes eius in pedibus eius, nec recordata est finis sui: deposita est vehementer, non habens consolatorem: vide Domine afflictionem meam, quoniam erectus est inimicus.

Ierusalem, Ierusalem, conuertere ad Dominum Deum tuum.

32. Tristis est anima mea usque ad mortem: sustinete hic, & vigilate mecum: nunc videbitis turbam, quae circumdabit me: * Vos fugam capietis, & ego vadam immolari pro vobis. **v.** Ecce appropinquat hora, &

& Fílius hóminis tradêtur in manus peccatôrum. Vos fugam.

Leccion iij.

Iod.

MANUM suam misit hostis ad Mómnia desiderabilia eius: quia vidit Gentes ingrêssas Sanctuáriũ suum, de quibus præcéperas ne intrárent in Ecclesiám tuam.

Caph. Omnis pópulus eius gemens, & quærens panem: dedêrunt pretiôsa quæque pro cibo ad refocillándam ánimam. Vide Dómine, & considéra, quóniam facta sum vilis.

Lamed. O vos omnes, qui transítis per viam, atténdite, & vidête si est dolor sicut dolor meus: quóniam vindemiáuit me, vt locûtus est Dóminus in die iræ furôris sui.

Mem. De excélso misit ignem in óssibus meis, & erudiuit me: expándit

pandit rete p edibus meis, conu ertit me retr orsum : p osuit me desol atam, tota die m er ore conf ectam. Nun. Vigil auit iugum iniquit atum me arum : in manu eius conuol ut e sunt, & imp osite collo meo: infirm ata est virtus mea: dedit me D ominus in manu, de qua non p otero s urgere.

I er usalem, Ier usalem, conu ertere ad D ominum Deum tuum.

R. Ecce v idimus eum non habentem sp eciem, neque dec orem: asp ectus eius in eo non est: hic pecc ata nostra port auit, & pro nobis dolet: ipse autem vulner atus est propter iniquitates nostras, * Cuius liu ore san ati sumus. V. Ver e langu ores nostros ipse tulit, & dol ores nostros ipse port auit. Cuius liu ore. Ecce v idimus.

a Maytines.

1451

Segundo Noturno, Antifona de
Liberâuit Dóminus páuperem
potente, & inopem, cui non erat
adiutor. Salmo 71.

DEus iudicium tuum Regi:
da: * & iustitiam tuam filio

Regis.

Iudicâre pópulum tuum in iusti-
tia, * & páuperes tuos in iudicio.

Suscípiant montes pacem pópulo,
* & colles iustitiam.

Iudicâbit páuperes pópuli, & sal-
uos faciet filios páuperum: * &
humiliâbit calumniatorem.

Et permanêbit cum sole, & ante
lunam, * in generatiône & gene-
ratiônem.

Descéndet sicut plúvia in vellus: *
& sicut stillicidia stillantia super
terram.

Orietur in diêbus eius iustitia, &

K

abun-

146 **Iuuetes Santo,**
abundántia pacis: * donec auferâ-
túr luna.

E t dominábitur à mari vsque ad
mare: * & à flúmine vsque ad tér-
minos orbis terrárum.

Coram illo prócident **Æthíopes:** *
& inimíci eius terram lingent.

Reges Tharsis, & ínsulæ múnera
ófferent: * Reges Arabum, & Saba
dona addúcent:

E t adorábunt eum omnes reges
terræ: * omnes Gentes seruient ei:

Quia liberábit páuperem à po-
tente: * & páuperem, cui non
erat adiútor.

Parcet páuperi & ínopi: * & áni-
mas páuperum saluas fáciet.

E x vsúris & iniquitáte rédinnet
ánimas eórum: * & honorábile
nomen eórum coram illo.

E t viuet, & dábitur ei de auro
Ará-

A rábíæ, & adorábunt de ipso
sempert̃ tota die benedícunt ei.

Et erit firmaméntum in terra in
summis móntium, superextollê-
tur super Libanum fructus eius:
& florébunt de ciuitate sicut fe-
num terræ.

Sit nomen eius benedíctum: in
sæcula; * ante solem permánet no-
men eius.

Et benedícuntur in ipso omnes
tribus terræ: * omnes Gentes ma-
gnificábunt eum.

Benedíctus Dóminus Deus Is-
raël, * qui facit mirabilia solus:

Et benedíctum nomen maiestatis
eius in ætérnum: * & replébitur
maiestate eius omnis terra: fiat, fiat.

Antifona. Liberáuit Dóminus páu-
perem à potéte, & ínopem, cui
non erat adiutor.

Antifona. Cogitauerunt impij, & locuti sunt nequitiam: iniquitatem in excélsis locuti sunt.

Salmo 72. m. a. c. m.

Quam bonus Israël Deus his, * qui recti sunt corde.

Mei autem pænè moti sunt pedes: * pænè effusi sunt gressus mei.

Quia zelâui super iniquos, * pacem peccatorum videns.

Quia non est respectus morti eorum: * & firmamentum in plaga eorum.

In labore hominum non sunt, * & cum hominibus non flagellabuntur:

Ideo tenuit eos superbia, * operi sunt iniquitate & impietate sua.

Prodiit quasi ex adipemiquitas eorum: * transierunt in affectum cordis.

Cogitauerunt, & locuti sunt nequitiam: *

quítiam: * iniquitâtem in excéſſo
locúti ſunt.

P oſuérunt in cælum os ſuum: *
& lingua eôrum tranſiuit in terra.
I deò conuertêtur pópulus meus
hic: * & dies pleni inueniêntur
in eis.

E t dixerunt: Quómoſo ſcit
Deus, * & ſi eſt ſciéntia in excéſſo?
E cce ipſi peccatóres, & abundán-
tes in ſæculo, * obtinuérunt di-
uítias.

E t dixi: Ergo ſine cauſa iuſtificáui
cor meum, * & laui inter inno-
cêntes manus meas:

E t fui flagellâtuſ tota die, * & ca-
ſtigátio mea in matutínis.

S i dicêbam: Narrâbo ſic: * ecce na-
tiônem filiôrú tuôrum reprobaui.

E xiſtimâbam vt cognôſcerem
hoc, * labor eſt ante me:

Donec intrem in sanctuárium
Dei: * & intélligam in nouíffimis
còrum.

Verúmtamen propter dolos po-
suísti eis: * deiecísti eos dum alle-
uaréntur.

Quómo do facti sunt in defolatiô-
nem, súbitò defecerunt: * perierunt
propter iniquitâtem suam.

Velut sómnum surgéntium Dó-
mine, * in ciuitâte tua imáginem
ipsòrum ad níhilum rédiges.

Quia inflammátum est cor meum,
& renes mei commutáti sunt: * &
ego ad níhilum redáctus sum, &
nescíui.

Vt iumentum factus sum apud
te: * & ego semper tecum.

Tenuísti manú dexteram meam:
& in voluntâte tua deduxísti me, *
& cum glória suscepísti me.

Quid

Quid enim mihi est in cælo? * &
à te quid vólui super terram?

Defecit caro mea, & cor meum: *
Deus cordis mei, & pars mea Deus
in ætérnum.

Quia ecce, qui elóngant se à te,
períbunt: * perdidísti omnes, qui
fornicántur abs te.

Mihi autem adhærere Deo bo-
num est: * pónere in Dómino
Deo spem meam:

Vt annúntiem omnes prædicatió-
nes tuas, * in portis filiaë Sion.

Antifona. Cogitauerunt ímpij, &
locúti sunt nequítiam: iniquitá-
tem in excélsó locúti sunt.

Antifona. Exúrge Dómine, & iú-
dica causam meam. Salmo 73.

VT quid Deus repulísti in fi-
nem: * irátus est furor tuus
super oues páscuaë tuæ?

Mē mot esto congregatiōnis tuæ: *
quam possedisti ab initio.

R. edemisti virgam hereditatis
tuæ: * mons Sion, in quo habitasti
in eo.

Leua manus tuas in superbias eō-
rum in finem: * quanta malignatus
est inimicus in sancto?

E t gloriati sunt qui oderunt te, *
in medio solemnitatis tuæ.

P osuerunt signa sua, signa: * &
non cognouerunt sicut in exitu
super summum.

Q uasi in silua lignōrum secūribus
exciderunt iānuas eius in idī-
psum: * in secūri & āscia deiecé-
runt eam.

I ncenderunt igni Sanctuārium
tuum: * in terra polluerunt taber-
nāculum nōminis tui.

D ixerunt in corde suo cognatio
eōrum

eòrum simul: * Quiéscere faciâ-
mus omnes dies festos Dei à terra.
S igna nostra non vidimus, iam
non est Prophêta: * & nos non
cognóscet ampliùs.

V s quequò Deus improperâbit ini-
mîcus: * irrat aduersarius nomen
tuum in finem?

V t quid auértis manum tuam, &
déteram tuam, * de médio sinu
tuo in finem?

D eus auté Rex noster ante sècula: *
operâtus est salûté in médio terræ.
T u confirmâsti in virtûte tua ma-
re: * contribulâsti cápita dracô-
num in aquis.

T u confregisti cápita dracônis: *
dedisti eum escam pópulis Æthio-
pum.

T u dirupisti fontes, & torrèntes: *
tu siccasti flúuios Ethan.

Tuus est dies, & tua est nox: * tu fabricatus es auroram & solem.

Tu fecisti omnes terminos terræ: * æstatem & ver tu plasmasisti ea.

Memor esto huius, inimicus improperauit Domino: * & populus insipiens incitauit nomen tuum.

Ne tradas bestiis animas confidentes tibi, * & animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem.

Respice in testamentum tuum: * quia replati sunt, qui obscurati sunt, terræ domibus iniquitatum.

Ne auertatur humilis factus confusus: * pauper & inops laudabunt nomen tuum.

Exurge Deus, iudica causam tuam: * memor esto improperiorum tuorum, eorum quæ ab insipiente sunt tota die.

Ne

Ne obliuiscâris voces inimicôrum tuôrum : * supérbia eôrum qui te odérunt, ascéndit semper.

Antifona Exúrge Dómine, & iú-dica causam meam. *ψ.* Deus meus éripe me de manu peccatôris. *℞.* Et de manu contra legem agéntis, & iníqui. Pater noster. *psal.*

Ex Tractátu sancti Augustíni
Epíscopi super Psalmos.

In Psalm. 54. ad 1. versum.

Leccion iij.

EXáudi Deus oratiônem meã,
& ne despéxeris deprecatiô-
nem meam : inténde mihi,
& exáudi me. Satagéntis, solíciti,
in tribulatiône póstiti, verba sunt
ista. Orat multa pátiens, de ma-
lo liberári desíderans. Súperest vt
videâmus in quo malo sit: & cùm
dicere cœperit, agnoscâmus ibi

nos

nos esse : vt communicata tribulatione, coniungamus orationem. Contristatus sum, inquit, in exercitatione mea, & conturbatus sum. Vbi contristatus ? Vbi conturbatus ? In exercitatione mea, inquit. Homines malos, quos patitur, commemoratus est : eandemque passionem malorum hominum, exercitationem suam dixit. Ne putetis gratis esse malos in hoc mundo, & nihil boni de illis agere Deum. Omnis malus aut ideo viuit, vt corrigatur : aut ideo viuit, vt per illum bonus exerceatur.

R. Amicus meus osculi me tradidit signo : quem osculatus fuero, ipse est, tenete eum : hoc malum fecit signum, qui per osculum adimplcuit homicidium. * Infelix pretermisit pretium sanguinis, &

in

in fine láqueo se suspendit. v. Bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille. Infelix prætermisit.

Leccion v.

VTinam ergo qui nos modò exerceant, conuertantur, & nobiscum exerceantur: tamen quamdiu ita sunt vt exerceant, non eos odérimus: quia in eo quòd malus est quis eòrum, vtrùm vsque in finem perseueratùrus sit, ignoramus. Et plerùmque cum tibi vidéris odísse inimicum, fratrem odísti, & nescis. Diábolus, & ángeli eius in Scriptúris sanctis manifestati sunt nobis, quòd ad ignem ætérnum sint destináti. Ipsòrum tantùm desperánda est correctio, contra quos habémus occultam luctam: ad quam luctam nos armat Apóstolus, dicens: Non est nobis

bis colluctatio aduersus carnem
& sanguinem : id est , non aduer-
sus homines , quos videtis , sed ad-
uersus principes , & potestates , &
rectores mundi , tenebrarum ha-
rum. Ne forte cum dixisset , mun-
di ; intelligeres daemones esse re-
ctores caeli & terrae. Mundi dixit,
tenebrarum harum : mundi di-
xit , amatorum mundi : mundi
dixit , impiorum & iniquorum :
mundi dixit , de quo dicit Euan-
gelium : Et mundus eum non
cognouit.

℞. Judas mercator pessimus oscu-
lo petijt Dominum : ille vt agnus
innocens non negauit Iudae oscu-
lum : * Denariorum numero Chri-
stum Iudaeis tradidit. v. Melius
illi erat , si natus non fuisset. De-
nariorum numero.

Lección vj.

Quoniam vidi iniquitatem, & contradictionem in ciuitate. Attende gloriam crucis ipsius. Iam in fronte regum crux illa fixa est, cui inimici insultauerunt. Effectus probauit virtutem: domuit orbem non ferro, sed ligno. Lignum crucis contumelios dignum visum est inimicis, & ante ipsum lignum stantes caput agitabant, & dicebant: Si Filius Dei est, descendat de cruce. Extendebat ille manus suas ad populum non credentem, & contradicentem. Si enim iustus est qui ex fide viuit, iniquus est qui non habet fidem. Quod ergo hic ait, iniquitatem; perfidiam intellige. Videbat ergo Dominus in ciuitate iniquitatem & contradictionem, & extendebat manus

manus suas ad pópulum non cre-
déntem, & contradicéntem: & ta-
men & ipsos expéctans dicêbat:
Pater, ignósce illis, quia nésciunt
quid faciunt.

✠. Vnus ex discípulis meis tradet
me hódie. Væ illi per quem tra-
dar ego: * Mélius illi erat, si natus
non fuisset. †. Qui intíngit me-
cum manum in parópside, hic
me traditûrus est in manus pecca-
tôrum. Mélius illi. Vnus ex di-
scípulis.

Terceus Noturno, Antifona.

Dixi iníquis, Nolíte loqui aduér-
sus Deum iniquitâtem.

Salmo 74.

Confitébirur tibi Deus: * con-
fitébirur, & inuocábimus
nomen tuum.

Narrábimus mirabília tua: * cum
accé-

accépero tempus, ego iustitias iudicâbo.

Liquefacta est terra, & omnes qui habitant in ea : * ego confirmâui columnas eius.

Dixi iniquis : Nolite iniquè agere : * & delinquentibus : Nolite exaltâre cornu :

Nolite extollere in altum cornu vestrum : * nolite loqui aduersus Deum iniquitatem.

Quia neque ab Oriente, neque ab Occidente, neque à desertis montibus : * quoniam Deus iudex est.

Hunc humiliat, & hunc exultat : * quia calix in manu Dómini, vini meri plenus misto.

Et inclinâuit ex hoc in hoc : verum tamen fœx eius non est exinanita : * bibent omnes peccatores terræ.

Et go autem annuntiabo in sæcu-
lum: * cantabo Deo Iacob.

Et omnia cõrnu peccatõrum
confringam: * & exaltabuntur
cõrnu iusti.

Antifona. Dixi iniquis, Noli-
te loqui aduersus Deum iniqui-
tatem.

Antifona. Terra tremuit & quieuit,
dum exurgeret in iudicio Deus.

Salmo 75.

Notus in Iudæa Deus: * in Is-
raël magnum nomen eius.
Et factus est in pace locus eius: *
& habitatio eius in Sion.

Ibi confrègit potèntias arcuum, *
scutum, gladium, & bellum.

Illuminans tu mirabiliter à món-
tibus æternis: * turbati sunt omnes
insipientes corde.

Dormierunt somnum suum: * &
nihil

nihil inuenérunt omnes viri diuitiarum in manibus suis.

A b increpatione tua Deus Iacob, * dormitauerunt qui ascenderunt equos.

T u terribilis es, & quis resister tibi? * ex tunc ira tua.

D e caelo auditum fecisti iudicium: * terra tremuit & quieuit,

C um exurgeret in iudicium Deus: * vt saluos faceret omnes mansuetos terrae.

Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi: * & reliquiae cogitationis diem festum agent tibi.

V ouete, & reddite Domino Deo vestro, * omnes qui in circuitu eius affertis munera,

T erribili & ei qui aufert spiritum principum, * terribili apud reges terre.

Antif. Terra tremuit & quieuit,

dum exúrget in iudicio Deus.

Antifona. In die tribulatiónis meæ
Deum exquisíui má nibus meis.

Salmo 76.

VOce mea ad Dóminum cla-
máui: * voce mea ad Deum,
& inténdit mihi.

In diē tribulatiónis meæ Deum
exquisíui, má nibus meis nocte
contra eum: * & non sum de-
céptus.

Rénuít consolári ánima mea, *
memor fui Dei, & delectátus sum,
& exercitátus sum: & defécit spí-
ritus meus.

Anticipauerunt vigílias óculi
mei: * turbátus sum, & non sum
locútus.

Cogitáui dies antíquos: * & an-
nos ætérnos in mente hábui.

E t meditátus sum nocte cum cor-
de

de meo, * & exercitâbar, & fco-
pêbam spîritum meum.

N umquid in ætérnum proiiciet
Deus: * aut non appônet vt com-
placítior sit adhuc?

A ut in finem misericórdiam suam
abscíndet, * à generatiône in gene-
ratióne?

A ut obliuiscêtur miseréri Deus? *
aut continêbit in ira sua miseri-
córdias suas?

E t dixi, Nunc cœpi: * hæc mutá-
tio dexteræ Excélsi.

M emor fui óperum Dómini: *
quia memor ero ab inítio mirabí-
lium tuórum.

E t meditâbor in ómnibus opéri-
bus tuis: * & in adinuentiónibus
tuis exercêbor.

D eus in sancto via tua: quis Deus
magnus sicut Deus noster? * tu

166 Iueues Santo,
es Deus, qui facis mirabilia.
Notam fecisti in pópulis virtú-
tem tuam: * redemísti in bráchio
tuo pópulum tuum, filios Iacob,
& Ioseph.

Vidérunt te aquæ Deus, vidérunt
te aquæ: * & timuérunt, & turbá-
tæ sunt abyssi.

Multitúdo sónitus aquârum: *
vocem dedérunt nubes.

Etenim sagittæ tuæ tránseunt: *
vox tonítroi tui in rota.

Illuxérunt coruscationes tuæ orbi
tærtæ: * commóta est, & contré-
muit terra.

In mari via tua, & sémittæ tuæ in
aquis multis: * & vestígia tua non
cognóscéntur.

Deduxísti sicut oues pópulum
tuum, * in manu Móysi & Aaron.

Antifona. In die tribulationis meæ
Deum

Deum exquisiui manibus meis.
 ✠. Exúrge Dómine. ~~℞~~ Et iúdica
 causam meam. Pater noster. p̄. 10.

De Epístola prima beáti Pauli
 Apóstoli ad Corínthios.

Leccion vij.

Cap. ii. d

Hoc autem præcipio : non
 laudans quòd non in mé-
 lius , sed in detérius con-
 uenítis. Primùm quidem conue-
 niéntibus vobis in Ecclésiám , áu-
 dio scissúras esse inter vos , &
 ex parte credo. Nam opórtet &
 hæseses esse , vt & qui probáti
 sunt , manifesti fiant in vobis.
 Conueniéntibus ergo vobis in
 vnum , iam non est Domínicam
 coenam manducâre. Vnusquísque
 enim suam coenam præsumit ad
 manducándum. Et álius quidem
 éfuit , álius autem ébrius est. Num

quid domos non habêtis ad manducándum & bibéndum? aut Ecclésiám Dei contémpnitis, & confúnditis eos qui non habent? Quid dicam vobis? Laudo vos? In hoc non laudo.

R. Eram quasi agnus innocens: ductus sum ad immolándum, & nesciêbam: consílium fecerunt inimíci mei aduérsum me, dicétes: * Veníte, mittâmus lignum in panem eius, & eradâmus eum de terra viuéntium. *v.* Omnes inimíci mei aduérsum me cogitábant mala mihi: verbum iníquum mandauerunt aduérsum me, dicétes. Veníte.

Leccion viij.

E Go enim accépi à Dómino, quod & trádidi vobis, quóniam Dóminus Iesus, in qua no-
 etc

ete tradebatur, accepit panem, & gratias agens fregit, & dixit: Accipite, & manducate: hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur: hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem, postquam coenauit, dicens: Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine. Hoc facite, quotiescumque bibetis, in meam commemorationem. Quotiescumque enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis: mortem Domini annuntiabitis donec veniat.

R. Vna hora non potuistis vigilare mecum, qui exhortabamini mori pro me? * Vel Iudam non videtis quomodo non dormit, sed festinat tradere me Iudæis? v. Quid dormitis? surgite, & orate, ne intratis in tentationem. Vel Iudam.

I Taque quicumque manducauerit panem hunc, vel biberit cálicem Dómini indignè, reus erit córporis & sánguinis Dómini. Probet autem seípsum homo : & sic de pane illo edat, & de cálice bibat. Qui enim manducat & bibit indignè, iudícium sibi manducat & bibit, non diiudicans corpus Dómini. Ideò inter vos multi infirmi & imbecílles, & dormiunt multi. Quòd si nosmetípfos diiudicáremus, non útique iudicáremur. Dum iudicámur autem, à Dómino corrípimur, vt non cum hoc mundo damnémur. Itaque fratres mei, cùm conuenitis ad manducándum, ínuiem expectáte. Si quis éfuit, domi manducet : vt non in iudícium con-

conueniatis. Cetera autem, cum
uenero, disponam.

R. Seniores populi consilium fe-
cerunt, * Ut Iesum dolo tenerent,
& occiderent: cum gladijs & fú-
stibus exierunt tamquam ad latrô-
nem. V. Collegérunt Pontífices
& Pharisei concilium. Ut Iesum.
Seniores populi.

A L A U D E S,

Antif. Iustificeris Dómine in ser-
mónibus tuis, & vincas cum iudi-
câris. Salmo 50.

Miserere mei Deus, * secun-
dum magnam misericordi-
diam tuam.

Et secundum multitudinem mi-
serationum tuarum, * dele iniqui-
tatem meam.

Amplius laua me ab iniquitate
mea: & à peccato meo munda me.

Quo

Quóniam iniquitâtem meam ego
cognôsko: * & peccârum meum
contra me est semper.

Tibi soli peccâui, & malum coram
te feci: * vt iustificêris in sermóni-
bus tuis, & vincas cùm iudicâris.

Eccc enim in iniquitatibus con-
céptus sum: * & in peccâris con-
cépit me mater mea.

Eccc enim veritâtem dilexísti: *
incerta & occulta sapiéntiæ tuæ
manifestásti mihi.

Aspérges me hysópo, & mundâ-
bor: * lauâbis me, & super niuem
dealbâbor.

Auditui meo dabis gáudium &
letitiam: * & exultábunt ossa hu-
miliâta.

Reuerte fáciem tuam à peccâris
meis: * & omnes iniquitates meas
dele.

Cor mundum crea in me Deus: *
 & spiritum rectum innoua in visceribus meis.

Ne proicias me a facie tua: * &
 spiritum sanctum tuum ne auferas a me.

Redde mihi lætitiã salutãris tui: *
 & spiritu principali confirma me.
 Docẽbo iniquos vias tuas: * & im-
 pij ad te conuertentur.

Libera me de sanguinibus Deus,
 Deus salutis meæ: * & exultabit
 lingua mea iustitiam tuam.

Domine, labia mea aperies: * & os
 meum annuntiabit laudem tuam.

Quoniam si voluisses sacrificium,
 dedissem utique: * holocaustum non
 delectaberis.

Sacrificium Deo spiritus contribulatus: * cor contritum
 humiliatum Deus non despiciet.

Iueues Santo,
 B enigné fac Dómine in bona vo-
 luntate tua Sion: * vt ædificéntur
 muri Ierúsalem.

Tunc acceptâbis sacrificium iu-
 stitiæ, oblatiões & holocâusta: *
 tunc impónent super altâre tuum
 vítulos.

Antifona. Iustificêris Dómine in
 fermónibus tuis, & vincas cùm
 iudicâris.

Antif. Dóminus tamquam ouis
 ad víctimam ductus est, & non
 apêruit os suum.

Salmo 89.

D Omine refúgium factus es
 nobis, * à generatiõe in ge-
 neratiõnem.

P riúsquam montes fierent, aut
 formarêtur terra & orbis: * à sæ-
 culo & vsque in sæculum tu es
 Deus.

Ne auertas hóminem in humili-
tatem: * & dixisti: Conuertimini
filij hóminum.

Quóniam mille anni ante óculos
tuos, * tamquam dies hesterna quæ
præterijt,

Et custódia in nocte: * quæ pro mé-
hilo habéntur, eórum anni erunt.

Manè sicut herba tránseat, manè
flóreat, & tránseat, * véspere déci-
dat, indûret, & aréscat.

Quia defécimus in ira tua, * & in
furóre tuo turbáti sumus.

Posuisti iniquitates nostras in
conspéctu tuo: * sæculum nostrum
in illuminatióne vultus tui.

Quóniam omnes dies nostri de-
fécérunt: * & in ira tua defécimus.

Anni nostri sicut arána medita-
búntur: * dies annórum nostró-
rum in ipsis, septuaginta anni.

176 Iueues Santo,
Si autem in potentatibus, octo-
ginta anni: * & amplius eorum,
labor & dolor.

Quoniam superuenit mansuetudo: * & corripiemur.

Quis nouit potestatem irae tuae: *
& praetimore tuo iram tuam di-
numerare?

Dexteram tuam sic notam fac: *
& eruditos corde in sapientia.

Conuertere Domine usquequò: *
& deprecabilis esto super seruos
tuos.

Repleti sumus manè misericordia
tua: * & exultauimus, & dele-
ctati sumus omnibus diebus no-
stris.

Lætati sumus pro diebus, quibus
nos humiliasti: * annis, quibus
uidimus mala.

Réspice in seruos tuos, & in ópe-
ra

ra tua : * & dirige filios eorum.
Et sit splendor Domini Dei nostri
super nos, & opera manuum
nostrarum dirige super nos : * &
opus manuum nostrarum dirige.

Antifona. Dominus tanquam
ovis ad victimam ductus est, &
non aperuit os suum.

Antifona. Contritum est cor
meum in medio mei, contremu-
erunt omnia ossa mea.

Salmo 62.

Deus Deus meus * ad te de-
luce vigilo.

Sicut in te anima mea, * quam
multipliciter tibi caro mea.

In terra deserta, & inuisa, & in-
quosa : * sic in sancto apparui tibi,
ut viderem virtutem tuam, & glo-
riam tuam.

Quoniam melior est misericor-

M

dia

dia tua super vitas : * lábia mea
laudábunt te.

Sic benedícá te in vita mea : * & in
nómine tuo leuábo manus meas.

Sicut ádipe & pinguédine repleâ-
tur ánima mea : * & lábijs exul-
tatiônis laudâbit os meum.

Si memor fui tui super stratum
meum, in matutínis meditâbor in
te : * quia fuísti adiûtor meus.

Et in velaménto alârum tuârum
exultâbo, adhæsit ánima mea post
te : * me fuscêpit dextera tua.

Ipsi verò in vanum quæsiêrunt
ánimam meam, introíbunt in in-
feriôra terræ : * tradéntur in manus
gládij, partes vûlpium erunt.

Rex verò lætâbitur in Deo, lau-
dabúntur omnes qui iurant in
eo : * quia obstrúctum est os lo-
quéntium inîqua.

Salmo 66.

DEus misereatur nostri, & benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri. Ut cognoscamus in terra viam tuam: * in omnibus gentibus salutare tuum.

Confiteantur tibi populi Deus: * confiteantur tibi populi omnes.

Letentur & exultent Gentes: * quoniam iudicas populos in aequitate, & gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi Deus: confiteantur tibi populi omnes: * terra dedit fructum suum.

Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus: * & metuant eum omnes fines terræ.

Antifona. Contritum est cor meum in medio mei, contremuerunt omnia ossa mea.

180 Iueues Santo,
Antifona. Exhortatus es in virtute
tua, & in refectione sancta tua Dó-
mine.

Cantico de Moyfes. *Exodi 15.*

CAntemus Dómino: glorióse
enim magnificatus est, * equum
& ascensorem deiêcit in mare.

Fortitudo mea & laus mea Dó-
minus, * & factus est mihi in sa-
lutem.

Iste Deus meus, & glorificabo
eum: * Deus patris mei, & exal-
tabo eum.

Dóminus quasi vir pugnator, om-
nípotens nomen eius: * Currus
Pharaonis, & exercitum eius pro-
iêcit in mare.

Electi principes eius submersi
sunt in mari Rubro. * Abyssus ope-
ruerunt eos, descendunt in pro-
fundum quasi lapis.

D éxte-

D éxtera tua Dóminé magnificâ-
ta est in fortitúdine: d éxtera tua,
Dómine, percússit inimícum.* Et
in multítudine glóriæ tuæ depo-
suísti aduersários tuos:

M isísti iram tuam, quæ deuorâ-
uit eos sicut stípulam.* Et in spí-
ritu furôris tui congregátæ sunt
aquæ:

S tetit vnda fluens, * congregátæ
sunt abyssi in médio mari.

Dixit inimícus: Pérsequar &
comprehéndam; * díuidam spó-
lia, implébitur ánima mea:

E uaginâbo gládium meum, * in-
terficiet eos manus mea.

Flauit spíritus tuus, & opéruit eos
mare; * submérsi sunt quasi plum-
bum in aquis veheméntibus.

Quis símilis tui in fórtibus Dó-
mine? * quis símilis tui, magnífi-

Iueues Santo,
 cus in sanctitate, terribilis atque
 laudabilis, faciens mirabilia?

Extendisti manum tuam, & deuorauit eos terra. * Dux fuisti in misericordia tua populo quem redemisti:

Et portasti eum in fortitudine tua,*
 ad habitaculum sanctum tuum.

Ascenderunt populi, & irati sunt:*
 dolores obtulerunt habitatores
 Philisthim.

Tunc conturbati sunt principes
 Edom: robustos Moab obtulit
 tremor: * obruerunt omnes ha-
 bitatores Chanaan.

Irruat super eos formido & pauor,*
 in magnitudine brachij tui.

Fiant immobiles quasi lapis, do-
 nec pertranseat populus tuus Do-
 mine; * donec pertranseat populus
 tuus iste, quem possedisti.

Intro-

Introduces eos, & plantabis in monte hereditatis tuæ, * firmissimo habitaculo tuo quod operatus es Dómine:

Sanctuarium tuum Dómine, quod firmauerunt manus tuæ: * Dóminus regnabit in ætérnum & ultra.

Ingressus est enim eques Phárao cum curribus & equitibus eius in mare: * & redúxit super eos Dóminus aquas maris:

Fílij autem Israél ambulauerunt per siccum * in médio eius.

Antifona. Exhortatus es in virtute tua, & in refectiōne sancta tua Dómine.

Antifona. Oblatus est quia ipse voluit, & peccata nostra ipse portauit.

Salmo 148.

Laudate Dóminum de cælis: *
laudate eum in excelsis.

Laudâte eum omnes Angeli eius: *
 laudâte eum omnes virtutes eius.
 Laudâte eum sol & luna: * laudâte
 eum omnes stellæ & lumen.

Laudâte eum cæli cælôrum: * &
 aquæ omnes quæ super cælos sunt,
 laudent nomen Dómini.

Quia ipse dixit, & facta sunt: * ipse
 mandâuit, & creâta sunt.

Státuit ea in ætérnum, & in sæcu-
 lum sæculi: * præcéptum pòsuit,
 & non præteríbit.

Laudâte Dóminum de terra: *
 dracones, & omnes abyssi:

Ignis, grando, nix, glâcies, spírítus
 procellârum: * quæ faciunt ver-
 bum eius:

Montes, & omnes colles: * ligna
 fructífera, & omnes cedri:

B. éstiæ, & yniuérfa pécora: * ser-
 péntes, & vólucres pennátæ.

R eges

Reges terræ, & omnes pópuli: *
 príncipes, & omnes iúdicēs terræ.
 Iúvenes, & vírgines: senes cum
 iunióribus laudent nomen Dómi-
 ni: * quia exaltátum est nomen
 eius solúus.

Conféssio eíus super cælum & ter-
 ram: * & exaltáuit cornu pópu-
 li sui.

Hymnus ómnibus sanctis eius: *
 filijs Israël, pópulo appropinquán-
 ti sibi. Salmo 149.

Cantáte Dómino cánticum
 nouum: * laus eius in Ecclesia
 sanctórum.

Lætétur Israël in eo, qui fecit
 eum: * & filij Sion exúltent in re-
 ge suo.

Laudent nomen eius in choro: * in
 tympano, & psaltério psallant ei.

Quia beneplácitum est Dómino

in pópulo suo: * & exaltábit mansuétos in salûtem.

E xultábunt sancti in glória: * lætabúntur in cubílibus suis.

E xaltatiónes Dei in gútture eórum: * & gládij ancípites in má-nibus eórum:

A d faciéndam vindíctam in nationibus: * increpationes in pópulis.

A d alligándos reges eórum in compédibus: * & nóbiles eórum in mánicis ferreis.

V t fáciant in eis iudícium conscriptum: * glória hæc est ómnibus sanctis eius. Salmo 150.

L Audâte Dóminum in sanctis eius: * laudâte eum in firmamento virtútis eius.

L audâte eum in virtútibus eius: * laudâte eum secúndum multitudinem magnitúdinis eius.

L au-

Laudâte eum in sono tubæ: * lau-
dâte eum in psalterio, & cíthara.

Laudâte eum in tympano, & cho-
ro: * laudâte eum in chordis, &
órgano.

Laudâte eum in cymbalis bene-
sonántibus: laudâte eum in cym-
balis iubilatiónis: * omnis spíritus
laudat Dóminum.

Antifona. Oblâtus est quia ipse
vóluit, & peccâta nostra ipse por-
tâuit

No se dice Capitulo, ni Hymno.
ÿ. Homo pacis meæ, in quo spe-
ráui. R. Qui edêbat panes meos,
ampliâuit aduérsum me supplan-
tatiónem.

Al Benedictus, Antifona.

Tráditor autem dedit eis signum,
dicens: Quem osculâtus fúero,
ipse est, tenête eum.

Can-

Cantico de Zacharia. *Luce 1. g*

Benedíctus Dóminus Deus Ísraël: * quia visitâuit, & fecit redemptiônem plebis suæ:

Et eréxit cornu salûtis nobis, * in domo David púeri sui.

Sicut locûtus est per os sanctôrum, * qui à sæculo sunt, prophetârum eius:

Salûtem ex inimicis nostris, * & de manu ómnium, qui odérunt nos:

Ad faciéndam misericórdiam cum pátribus nostris: * & memorári testaménti sui sancti.

Iurándum, quod iurâuit ad Abraham patrem nostrum, * datûrum se nobis:

Vt sine timóre de manu inimicôrum nostrôrum liberâti, * seruiâmus illi;

In

In sanctitate & iustitia coram ipso, * omnibus diebus nostris.

Et tu puer, Propheta Altissimi vocaberis; * praeibis enim ante faciem Domini parare vias eius:

Ad dandam scientiam salutis plebi eius: * in remissionem peccatorum eorum.

Per viscera misericordiae Dei nostri: * in quibus visitavit nos, oriens ex alto:

Illuminare his, qui in tenebris, & in umbra mortis sedent: * ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

Antifona. Traditor autem dedit eis signum, dicens: Quem osculatus fuerit, ipse est, tenete eum.

Mientras se canta el Benedictus, apagadas ya todas las velas que estaban en el candelero regular, excepta una que a de estar en el candelero

lo mas alto del, iranfe apagando poco a poco seis velas, que an de auer estado en el Altar desde el principio; de fuerte que al vltimo verso se apague la vltima candela: y luego se apagarán todas las lamparas que vuerè en la Iglesia. Quando se repite la Antifona, **Trá-ditor**, se quita del candelero la vela superior, y se esconde debaxo del Altar al lado de la Epistola. Repetida la Antifona despues del **Benedíctus**, se dice *ŷ. Christus factus est pro nobis obédiens vsque ad mortem. La segunda noche se añade, Mortem autem crucis. La tercera, Propter quod & Deus exaltáuit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen.*

Y assi se dice por todas las Horas del dia.

Luego

Luego que se enpieça el Verso, *Christus factus est*, todos se hincan de rodillas; y en acabandole, se dice el *Pater noster*. todo y passo: despues, el *Miserêre mei*. como arriba. 171. pero vn poco mas recio: y en acabandole, sin decir *Oremus*, se dice esta Colecta.

R Espice, quæsumus Dómine, super hanc famíliam tuam, pro qua Dóminus noster Iesus Christus non dubitâuit má nibus tradi nocéntium, & crucis subíre tormentum. Pero se a de decir passo el *Qui tecum viuit*.

Acabada de decir esta Oracion, se haze vn poco de ruído: y luego se faca la vela encendida, que estaba debaxo del Altar, y todos se levantan en silencio, y se van

A P R I M A.

Dicese pafco. el P atet nofter ;
Aue Mariã, y C redo. y luego
absolutamente fe enpieçan los
Salmos.

Salmo 53.

DEus in nómine tuo saluum
me fac: * & in virtúte tua
iúdice me.

Deus exáudi orationem meam: *
áuribus pécipe verba oris mei.

Quoniam alieni infurrexerunt
aduérsum me, & fortes quæfuerunt
ánimam meam: * & non propo-
fuerunt Deum ante confpéctum
fuum.

Recce enim Deus ádiuuat me: * &
Dóminus fufcéptor est ánimaæ
meæ.

Auérte mala inimícis meis: * &
in veritáte tua difpérde illos.

V olun-

Voluntarie sacrificabo tibi, * &
confitebor nomini tuo Domine,
quoniam bonum est.

Quonia ex omni tribulatione eri-
puisti me: * & super inimicos meos
despexit oculus meus. Salmo 118.

Beati immaculati in via: * qui
ambulant in lege Domini:

Beati qui scrutantur testimonia
eius: * in toto corde exquirunt eum.

Non enim qui operantur iniqui-
tatem, * in vijs eius ambulaverunt.

Tu mandasti * mandata tua cu-
stodiri nimis.

Vtinam dirigantur viae meae, * ad
custodiendas iustificationes tuas.

Tunc non confundar, * cum per-
spexero in omnibus mandatis tuis.

Confitebor tibi in directione cordis:
* in eo quod didici iudicia ius-
titiae tuae.

Iustificatiões tuas custódiam: *
non me derelinquas vsquequâque.

In quo córrigit adolefcéntior viam
suâ? * in custodiêdo sermões tuos.

In toto corde meo exquisiui te: *
ne repéllas me à mandátis tuis.

In corde meo abscondi elóquia
tua: * vt non peccem tibi.

Benedíctus es Dómine: * doce
me iustificatiões tuas.

In lábijs meis, * pronuntiáui óm-
nia iudícia oris tui.

In via testimoniõrum tuõrum
delectâtus sum, * sicut in ómni-
bus diuítijs.

In mandátis tuis exercêbor: * &
considerâbo vias tuas.

In iustificatiõnibus tuis meditâ-
bor: * non obliuísca sermões tuos

R Et tribue seruo tuo, viuíficame: *
& custódiam sermões tuos.

Reuēla óculos meos: * & confide-
rābo mirabilia de lege tua.

Incola ego sum in terra: * non ab-
cōndas à me mandāta tua.

Concupiuit ánima mea desiderā-
re iustificatiónes tuas; * in omni
tēpore.

Incepāsti supērbos: * maledícti
qui declínant à mandātis tuis.

Aufer à me oppróbrium & cons-
tēptum: quia testimónia tua
exquisiui.

Etenim fedérunt príncipes, & ad-
uērsum me loquebāntur: * seruis
autem tuus exercebātur in iustifi-
caciónibus tuis.

Nam & testimónia tua meditatio
mea est: * & consílium meum ius-
tificatiónes tuæ.

Adhæsit pauimēto ánima mea: *
viuífica me secúndum verbū tuum.

Iustificatiões tuas custódiam: *
non me derelinquas vsquequâque.

In quo córrigit adolefcéntior viam
suâ? * in custodiêdo sermões tuos.

In toto corde meo exquisiui te: *
ne repéllas me à mandátis tuis.

In corde meo abscondi elóquia
tua: * vt non peccem tibi.

Benedíctus es Dómine: * doce
me iustificatiões tuas.

In lábijs meis, * pronuntiáui óm-
nia iudícia oris tui.

In via testimoniôrum tuôrum
delectâtus sum, * sicut in ómni-
bus diuítijs.

In mandátis tuis exercêbor: * &
considerâbo vias tuas.

In iustificatiônibus tuis meditâ-
bor: * non obliuísca sermões tuos

R Et tribue seruo tuo, viuíficame: *
& custódiam sermões tuos.

Reuēla oculos meos: * & confide-
rābo mirabilia de lege tua.

Incola ego sum in terra: * non abs-
cōndas à me mandāta tua.

Concupiuit anima mea desiderā-
re iustificatiōnes tuas; * in omni
tēpore.

Increpāsti supērbos: * maledicti
qui declīnant à mandātis tuis.

Aufer à me oppróbrium & cons-
tēptum: quia testimōnia tua
exquisiui.

Et enim sedērunt principes, & ad-
uērsus me loquebāntur: * seruus
autem tuus exercebātur in iustifi-
cationsibus tuis.

Nam & testimōnia tua meditatio
mea est: * & consīlium meum ius-
tificatiōnes tuæ.

Adhæsit pavimēto anima mea: *
viuifica me secūndum verbū tuū.

Vias meas enuntiáui, & exaudísti me: * doce me iustificatiónes tuas.

Viam iustificatiónum tuárum instrue me: * & exercébor in mirabilibus tuis.

Dormitáuit ánima mea præ tædio: * confirma me in verbis tuis.

Viam iniquitátis á moue à me: * & de lege tua miserere mei.

Viam veritátis elégi: * iudicia tua non sum oblítus.

Adhæsi testimónijs tuis Dómine: * noli me confundere.

Viam mandatórum tuórum cucúrri, * cùm dilatásti cor meum.

✠ Christus factus est pro nobis obédiens vsque ad mortem.

Se dice paso el Pater noster y el Salmo, Miserere mei. 171.

vn poco mas recio: el qual acabado,

bado, sin decir Oremus, se dice la Oracion siguiente.

R Espice, quæsumus Dómine, super hanc famíliam tuam, pro qua Dóminus noster Iesus Christus non dubitâuit mânibus tradi nocéntium, & crucis subîre tormentum. Se dice pafó el Qui tecum.

Estos três dias nada se reça del Martyrologio, ni se dice P. ratiófa.

A T E R C I A

Dicese pafó, Pater noster, Ave María. y luego absolutamente se enpieçan los Salmos. Salmo.

L Egem pone mihi Dómine viam iustificatiónum tuârú: * & exquîram eam semper.

Da mihi intelléctum, & scrutabor legem tuam: * & custódiam illam in toto corde meo.

Deduc me in fēmitam mandatō-
rum tuōrum: * quia ipsam vólui.
Inclína cor meum in testimónia
tua: * & non in auarítiam.

A uerte óculos meos ne vídeant
vanitatem: * in via tua viuífica
me.

Státue seruo tuo elóquium tuum,
in timóre tuo.

Amputa oppróbrium meum,
quod suspicatus sum: * quia iudí-
cia tua iucúnda.

Ece concupíui mandâta tua: * in
æquitâte tua viuífica me.

Et véniat super me misericórdia
tua Dómine: * salutâre tuum se-
cúndum elóquium tuum.

Et respondēbo exprobrántibus
mihi verbum: * quia speráui in
sermónibus tuis.

Et ne áuferas de ore meo verbum

veri-

veritatis vsquequaque: * quia in iudicijs tuis supersperavi.

Et custodiã legem tuam semper: * in sæculum & in sæculum sæculi.

Et ambulabam in latitudine: * quia mandata tua exquisivi.

Et loquebar in testimonijs tuis in conspectu regum: * & non confundebam.

Et meditabar in mandatis tuis, * quæ dilexi.

Et leuavi manus meas ad mandata tua, quæ dilexi: * & exercēbar in iustificatiõibus tuis.

Memor esto verbi tui seruo tuo, * in quo mihi spem dedisti.

Hæc me consolata est in humilitate mea: * quia elóquium tuum viuificauit me.

Supérbi iniquè agébant vsque-
N 4 quæ-

quâque : * à lege autem tua non
declinaui.

Memor fui iudiciôrum tuorum
à sæculo Dómine : * & consolâtus
sum.

Defectio tenuit me , * pro pec-
catôribus derelinquentibus legem
tuam.

Cantâbiles mihi erant iustifica-
tiões tuæ , * in loco peregrina-
tiõnis meæ.

Memor fui nocte nóminis tui
Dómine : * & custodiui legem
tuam.

Hæc facta est mihi : * quia iustifi-
cations tuas exquisiui.

Pórtio mea Dómine , * dixi custo-
dîre legem tuam.

Deprecâtus sum fáciem tuam in
toto corde meo : * miserere mei se-
cúndum elóquium tuum.

C ógi-

Cogitavi vias meas: * & conuerti
pedes meos in testimonia tua.

Paratus sum, & non sum turbatus: * vt custodiam mandata tua.

Funes peccatorum circumplexi
sunt me: * & legem tuam non sum
oblitus.

Media nocte surgēbam ad confi-
tendum tibi, * super iudicia iusti-
ficationis tuæ.

Particeps ego sum omnium ti-
mentium te: * & custodientium
mandata tua.

Misericordia tua Domine plena est
terra: * iustificationes tuas doce me.

Bonitatem fecisti cum seruo
tuo Domine, * secundum ver-
bum tuum.

Bonitatem, & disciplinam, &
scientiam doce me: * quia manda-
tis tuis credidi.

Priúsquam humiliârer ego delí-
qui: * proptérea elóquium tuum
custodiui.

Bonus es tu: * & in bonitâte tua
doce me iustificatiónes tuas.

Multiplicâta est super me iníqui-
tas superbôrum: * ego autem in toto
corde meo scrutâbor mandâta tua.

Coagulâtum est sicut lac cor eô-
rum: * ego verò legem tuam me-
ditâtus sum.

Bonum mihi quia humiliâsti
me: * vt discam iustificatiónes tuas.

Bonum mihi lex oris tui, * super
míllia auri & argéti.

Manus tuæ fecérunt me, & pla-
smauerunt me: * da mihi intellé-
ctum, & discam mandâta tua.

Qui timent te vidébunt me, &
lætabúntur: * quia in verba tua
superfperáui.

Cognó-

Cognoui Dómine quia æquitas
iudicia tua: * & in veritate tua hu-
miliasti me.

Fiat misericórdia tua vt consolê-
tur me, * secúndum elóquium
tuum seruo tuo.

Véniant mihi miseratiónes tuæ,
& viuam: * quia lex tua meditatio
mea est.

Confundántur supérbi, quia in-
iustè iniquitatem fecerunt in me: *
ego autem exercêbor in mandátis
tuis.

Conuertántur mihi timéntes te: *
& qui nouerunt testimónia tua.

Fiat cor meum immaculátum in
iustificatióibus tuis, * vt non
confúndat.

Hincase de rodillas, y se dice
el Verso: Christus factus est pro
nobis obédiens vsque ad mortem.

y paso el Pater noster. Luego el Salmo, Miserere. 171. vn poco mas recio; y despues, sin decir Oremus, la Oracion siguiente.

R Espice, quæsumus Dómine, super hanc famíliam tuam, pro qua Dóminus noster Iesus Christus non dubitâuit mânibus tradi nocéntium, & crucis subíre tormentum. pero el Qui tecum. se dice paso.

A S E X T A.

Dicese paso el Pater noster. Ave María. y luego absolutamente se enpieça de los Salmos. Salmo.

D Efêcit in salutâre tuum ânima mea: * & in verbum tuum supersperáui.

Defecérunt óculi mei in elóquium tuum, * dicétes: Quando consoláberis me?

Quia

Quia factus sum sicut vter in prui-
na: * iustificatiōnes tuas non sum
oblitus.

Quot sunt dies serui tui: * quando
facies de persequētibz me iudi-
cium?

Narrauerunt mihi iniqui fabula-
tiōnes: * sed non vt lex tua.

Omnia mandata tua veritas: * mi-
quē persecuti sunt me, adiūta me.
Paulò minùs consummaverunt
me in terra: * ego autem non de-
reliqui mandata tua.

Secundùm misericordiam tuam
viuifica me: * & custodiam testi-
mōnia oris tui.

In ætèrnum Dòmine, * verbum
tuum pèrmanet in cælo.

In generatiōem & generatiōem
veritas tua: * fundasti terram, &
pèrmanet.

O r d i n a t i o n e t u a p e r s e u e r a t d i e s : *
 q u o n i a m o m n i a s e r u i u n t t i b i .

N i s i q u o d l e x t u a m e d i t a t i o m e a
 e s t : * t u n c f o r t e p e r i s s e m i n h u -
 m i l i t a t e m e a .

I n æ t e r n u m n o n o b l i u i s c a r i u s t i -
 f i c a t i o n e s t u a s : * q u i a i n i p s i s v i -
 u i f i c a s t i m e .

T u u s s u m e g o , s a l u u m m e f a c : *
 q u o n i a m i u s t i f i c a t i o n e s t u a s e x -
 q u i s i u i .

M e e x p e c t a u e r u n t p e c c a t o r e s v t
 p e r d e r e n t m e : * t e s t i m o n i a t u a i n -
 t e l l e x i .

O m n i s c o n s u m m a t i o n i s v i d i f i -
 n e m : * l a t u m m a n d a t u m t u u m
 n i m i s .

Q V o m o d o d i l e x i l e g e m t u a m
 D o m i n e ? * t o t a d i e m e d i t a t i o
 m e a e s t .

S u p e r i n i m i c o s m e o s p r u d e n t e m
 m e

me fecísti mandáto tuo: * quia in
æternum mihi est.

Super omnes docéntes me intel-
léxi: * quia testimónia tua medi-
tatio mea est.

Super senes intelléxi: * quia man-
dáta tua quæsiui.

Ab omni via mala prohibui pedes
meos: * vt custódiam verba tua.

A iudícijs tuis non declináui: *
quia tu legem posuísti mihi.

Quàm dúlcia fáucibus meis elo-
quia tua, * super mel ori meo!

A mandátis tuis intelléxi: * pro-
ptérea odiui omnem viam ini-
quitatis.

Lucerna pédibus meis verbum
tuum: * & lumen sémitis meis.

Iuráui, & stáui * custodire iudi-
cia iustitiæ tuæ.

Humiliátus sum vsquequaque
Dómi-

Dómine: * viuífica me secúndum
verbum tuum.

Vóluntária oris mei beneplácita
fac Dómine: * & iudícia tua doce
me.

Anima mea in mánibus meis
semper: * & legem tuam non sum
oblítus.

Posuérunt peccatóres láqueum
mihi: * & de mandátis tuis non
erráui.

Hereditâte acquisíui testimónia
tua in ætérnum: * quia exultatio
cordis mei sunt.

Inclináui cor meum ad faciéndas
iustificatiónes tuas in ætérnum,*
propter retributiónem.

Iníquos ódio hábui: * & legem
tuam diléxi.

Adiutor & suscéptor meus es tu:*
& in verbum tuum supersperáui.

Declin-

Declinâte à me maligni: * & scrupulabor mandâta Dei mei.

Súscipe me secúndum elóquium tuum, & viam: * & non confundas me ab expectatióne mea.

Adiuua me, & saluus eto: * & meditabor in iustificatióne tuis semper.

Sprenúisti omnes discedentes à iudiciis tuis: * quia iniústa cogitatio eórum.

Præuaricantes reputáui omnes peccatóres terræ: * ídeò diléxi testimónia tua.

Confíge timóre tuo carnes meas: * à iudiciis enim tuis tímui.

Feci iudícium & iustítiam: * non tradas me calumniántibus me.

Súscipe ferrum tuum in bonum: * non calumniéntur me supérbi.

Oculi mei defecerunt in salutá-

re tuum : * & in elóquium iustí-
tiæ tuæ.

Fac eum seruo tuo secúndum mi-
sericórdiam tuam : * & iustificatió-
nes tuas doce me.

Seruus tuus sum ego : * da mihi
intelléctum , vt sciam testimónia
tua.

Tempus faciéndi Dómine : * dissi-
pauérunt legem tuam.

I deò diléxi mandâta tua , * super
aurum & topázion.

Proptéreà ad ómnia mandâta tua
dirigêbar : * omnem viam inîquam
ódio hábui.

Hincandose de rodillas se dice
el Verso, Christus factus est pro
nobis obédiens vsque ad mortem.
y pafó el Pater noster. Luego el
Salmo, Miserêre. 171. vn poco
mas recio ; y despues, sin decir
Ore-

Oremus, la Oracion siguiente.

R Espice, quæsumus Dómine,
super hanc famíliam tuam,
pro qua Dóminus noster Iesus
Christus non dubitávit máribus
tradi nocéntium, & crucis subire
torméntum. pero el Qui tecum.
se dice paso.

A . N . O . N . A .

Dícese paso el Pater noster, Ave
María. y luego absolutamente se
enpieça de los Salmos. Salmo.

Mirabilia testimónia tua: *
ideò scrutáta est ea ánima
mea.

D eclarátio sermônum tuorum il-
luminat: * & intellectum dat
paruulis.

O s meum apérii, & attráxi spí-
ritum: * quia mandáta tua desi-
derábam.

Aspice in me, & miserere mei,*
secundum iudicium diligentium
nomen tuum.

Gressus meos dirige secundum
eloquium tuum:* & non dominetur
mei omnis iniustitia.

Redime me a calumniis homi-
num:* vt custodiam mandata tua.

Faciem tuam illumina super ser-
uum tuum:* & doce me iustifica-
tiones tuas.

Exitus aquarum deduxerunt ocu-
li mei: * quia non custodierunt
legem tuam.

Iustus es Domine: * & rectum
iudicium tuum.

Mandasti iustitiam testimonia
tua: * & veritatem tuam nimis.

Tabescere me fecit zelus meus:*
quia obliti sunt verba tua inimici
mei.

Ignitum elóquium tuum vehemé-
ménter : * & seruus tuus diléxit
illud.

Adolescéntulus sum ego , & con-
témpus : * iustificatiónes tuas non
sum oblítus.

Iustítia tua, iustítia in ætérnum : *
& lex tua véritas.

Tribulátio & angústia inuené-
runt me : * mandâta tua meditá-
tio mea est.

Æquitas testimónia tua in ætér-
num : * intelléctum da mihi , &
viuam.

Clamáui in toto corde meo,
exáudi me Dómine : * iustifi-
cations tuas requíram.

Clamáui ad te, saluum me fac : *
vt custódiam mandâta tua.

Præuéní in maturitâte, & clamá-
ui : * quia in verba tua supersperáui.

Præuenērunt óculi mei ad te dilúculo: * vt meditârer elóquia tua.

Vocem meam audi secúndum misericórdiam tuam Dñe: * & secúndum iudícium tuum viuífica me.

Appropinquauerunt persequentes me iniquitati: * à lege autem tua longè facti sunt.

Propè es tu Dómine: * & omnes viæ tuæ veritas.

Inítio cognóui de testimóniis tuis: * quia in ætérnum fundásti ea.

Vide humilitâtem meam, & éripe me: * quia legem tuam non sum oblítus.

Iúdica iudícium meum, & rédime me: * propter elóquium tuum viuífica me.

Longè à peccatóribus salus: * quia iustificatiónes tuas non exquisié-
runt.

Miseri-

Misericórdia tuae multae Dñe: * secundum iudicium tuum viuifica me. Multi qui persequuntur me, & tribulant me: * à testimoniis tuis non declinaui.

Vidi prauaricantes, & tabescēbā: * quia elóquia tua non custodiēerunt.

Vide quóniam mandata tua dilexi Dómine: * in misericórdia tua viuifica me.

Principium verbórum tuórum veritas: * in ætérnum ómnia iudicia iustitiæ tuæ.

PRíncipes persecúti sunt me gratis: * & à verbis tuis formidauit cor meum.

Lætabor ego super elóquia tua: * sicut qui inuenit spólia multa.

Iniquitatem ódio hábui, & abominátus sum: * legem autem tuam dilexi.

Sépties in die laudem dixi tibi,*
super iudícia iustitiæ tuæ.

Pax multa diligentibus legem
tuam:* & non est illis scándalum.

Expectâbam salutare tuum Dó-
mine:* & mandâta tua diléxi.

Custodiuit ánima mea testimó-
nia tua:* & diléxit ea veheménter.

Seruáui mandâta tua, & testimó-
nia tua:* quia omnes viæ meæ in
conspéctu tuo.

Appropínquet deprecátio mea in
conspéctu tuo Dómine:* iuxta
elóquium tuum da mihi intellé-
ctum.

Intret postulátio mea in conspé-
ctu tuo:* secúndum elóquium
tuum éripe me.

Eructábunt lábia mea hymnum,*
cúm docúeris me iustificatiónes
tuas.

Pronuntiâbit lingua mea eló-
quium tuum: * quia ómnia man-
dâta tua æquitas.

Fiat manus tua, vt saluet me: *
quóniam mandâta tua elégi.

Concupíui salutâre tuum Dómi-
ne: * & lex tua meditatio mea est.

Viuet ánima mea, & laudâbit te: *
& iudícia tua adiuuábunt me.

Erráui, sicut ovis quæ périjt: * quæ-
re seruum tuum, quia mandâta
tua non sum oblítus.

Hinc andosé de rodillas se dice
el Verso, Christus factus est pro
nobis obédiens vsque ad mortem.
y pafó el Pater noster. Luego el
Salmo, Miserêre. vn poco mas
recio; y despues, sin decir Oremus,
la Oracion siguiente.

R Espice, quæsumus Dómine,
super hanc famíliam tuam,

pro qua Dóminus noster Iesus
Christus non dubitâuit mânibus
tradi nocéntium, & crucis subîre
torméntum. pero el Qui tecum
viuit. se dice pafó.

A M I S S A.

Statio ad S. Ioannem in Laterano.

Introito.



Os autem gloriâri o-
pórtet in Cruce Dó-
mini nostri Iesu Chri-
sti: in quo est salus, vi-
ta, & resurréctio nostra: per quem
saluâti, & liberâti sumus. Sal-
mo. Deus misereâtur nostri, &
benedicat nobis: illúminet vul-
tum suum super nos, & misereâtur
nostri. Nos autem.

Ditase Glória in excélsis. y
luego

luego se tocarán las campanas; y nunca despues hasta el Sabado Santo.

GLória in excélsis Deo. Et in terra pax homínibus bonæ voluntâtis. Laudâmus te, Benedícimus te, Adorâmus te, Glorificâmus te. Grátias ágimus tibi propter magnam glóriam tuam. Dómine Deus Rex cæléstis, Deus Pater omnípotens. Dómine Fili vnigénite Iesu Chrifte. Dómine Deus, agnus Dei, Fílius Patris. Qui tollis peccâta mundi, miserêre nobis. Qui tollis peccâta mundi, súscepe deprecationem nostram. Qui sedes ad dexteram Patris, miserêre nobis. Quóniam tu solus sanctus, Tu solus Dóminus, Tu solus altísimus Iesu Chrifte, Cum sancto

cto

cto Spírítu, in glória Dei Patris,
Amen. Oracion.

DEus, à quo & Iudas reátus sui
pœnam, & confessiõnis suæ
latro præmium sumpsit: contède
nobis tuæ propitiatiõnis efféctum:
vt sicut in passiõne sua Iesus Chri-
stus Dóminus noster diuérfa vtrís-
que íntulit stipéndia meritõrum;
ita nobis, abláto vetustâtis erróre,
resurrectiõnis suæ grátiam largiâ-
tur. Qui tecum viuit & regnat in
vnitâte Spírítus sancti.

Dirase sola esta Oracion.

Léctio Epístolæ beáti Pauli
Apóstoli ad Corínthios.

1. Cor. 11. d

FRatres, Conueniéntibus vobis
in vnum, iam non est Domí-
nicam cœnam manducâre. Vnus-
quísque enim suam cœnam præ-
sûmit

sûmit ad manducándum. Et álius quidem ésurit : álius autem ébrius est. Numquid domos non habêtis ad manducándum & bibéndum? aut ecclésiám Dei contémnitis, & confúnditis eos, qui non habent? Quid dicam vobis? Laudo vos? in hoc non laudo. Ego enim accépi à Dómino quod & trádidi vobis, quóniam Dóminus Iesus in qua nocte tradebátur, accépit panem, & grátias agens fregit, & dixit: Accípite, & manducáte: hoc est corpus meum, quod pro vobis tradêtur: hoc fácite in meam commemoratiónem. Simíliter & cálicem, postquam coenâuit, dicens: Hic calix novum testaméntum est in meo sán-guine. Hoc fácite, quotiescúm-que bibêtis, in meam commemo-

ratió-

rationem. Quotiescúmque enim manducábitis panem hunc, & cálicem bibétis : mortem Dómini annuntiábitis, donec véniat. Itaque quicúmque manducáuerit panem hunc, vel bíberit cálicem Dómini indignè : reus erit corpóris & sánguinis Dómini. Probet autem seípsum homo : & sic de pane illo edat, & de cálice bibat. Qui enim manducat & bibit indignè, iudícium sibi manducat & bibit : non diiúdicans corpus Dómini. Ideò inter vos multi infirmi, & imbecílles ; & dórmunt multi. Quòd si nosmetípsos diiudicarémus, non útique iudicarémur. Dum iudicámur autem, à Dómino corrípimur, vt non cum hoc mundo damnémur.

Gradual. Christus factus est
pro

pro nobis obédiens vsque ad mortem, mortem autem crucis.
 v̄. Propter quod & Deus exaltâ-
 uit illum, & dedit illi nomen, quod
 est super omne nomen.

Sequéntia sancti Euangélij secún-
 dùm Ioánnem. *Cap. 13.*

ANte diem festum Paschæ,
 sciens Iesus quia venit hora
 eius vt tránseat ex hoc mundo ad
 Patrem: cùm dilexisset suos, qui
 erant in mundo, in finem dilexit
 eos. Et cœna facta, cùm diábo-
 lus iam misisset in cor vt tráde-
 ret eum Iudas Simônis Iscarió-
 tæ: sciens quia ómnia dedit ei Pa-
 ter in manus, & quia à Deo exi-
 uit, & ad Deum vadit: surgit à
 cœna, & ponit vestiménta sua: &
 cùm accepisset línteum, præcín-
 xit se. Deínde mittit aquam in
 peluim,

224. Iueues Santo,
peluim, & coepit lauare pedes di-
scipulorum, & extergere linteo,
quo erat praecinctus. Venit ergo
ad Simonem Petrum. Et dicit ei
Petrus: Domine, tu mihi lauas pe-
des? Respondit Iesus, & dixit ei:
Quod ego facio, tu nescis modo,
scies autem postea. Dicit ei Petrus:
Non lauabis mihi pedes in aeter-
num. Respondit ei Iesus: Si non
lauero te, non habebis partem
mecum. Dicit ei Simon Petrus:
Domine, non tantum pedes meos,
sed & manus, & caput. Dicit ei
Iesus: Qui lotus est, non indiget
nisi ut pedes lauet, sed est mun-
dus totus. Et vos mundi estis, sed
non omnes. Sciebat enim quis-
nam esset qui traderet eum: pro-
pterea dixit: Non estis mundi
omnes. Postquam ergo lauit pe-
des

des eorum, & accēpit vestimēta sua, cūm recubuisset iterūm, dixit eis: Scitis quid fecerim vobis? Vos vocātis me Magister, & Dōmine: & benè dicitis: sum etenim. Si ergo ego laui pedes vestros, Dōminus, & Magister: & vos debētis alter alterius lauāre pedes. Exēmplum enim dedi vobis, vt quemādmodum ego feci vobis, ita & vos faciātis.

Credo in vnum Deum, Patrem omnipotentem, factōrem cæli & terræ, visibīlium omnium, & inuisibīlium. Et in vnum Dōminum Iesum Christum, Fīlium Dei vnigēnitum. Et ex Patre natum ante omnia sæcula. Deum de Deo, lumēn de lumine, Deum verum de Deo vero. Gēnitum, non factum, consubstantiālem Patri:

P

per

per quem ómnia facta sunt. Qui propter nos hómines, & propter nostram salútem descendit de cælis. [Hincase de rodillas.] Et incarnátus est de Spíritu sancto ex María vírgine: Et homo factus est. Crucifixus étiam pro nobis: sub Póntio Piláto passus, & sepúl- tus est. Et resurrexit tértia die, secúndum Scriptúras. Et ascén- dit in cælum: sedet ad dexteram Patris. Et íterum ventúrus est cum glória, iudicâre viuos & mór- tuos: cuius regni non erit finis. Et in Spíritum sanctum, Dómi- num & viuificántem: qui ex Patre Filiôque procêdit. Qui cum Patre & Fílio simul adorátur, & conglo- rificátur: qui locútus est per Pro- phétas. Et vniam sanctam cathó- licam & Apostólicam Ecclesiám.

Con-

Confiteor vnum baptísma in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum. Et vitam venturi sæculi, Amen.

Offertorio. Dextera Dómini fecit virtutem, dextera Dómini exaltáuit me: non móriar, sed vi-uam, & narrábo ópera Dómini.

Secrera.

IPse tibi, quæsumus Dómine sancte, Pater omnipotens, ætér-ne Deus, sacrificium nostrum reddat accéptum, qui discíplis suis in sui commemoratióne monstráuit, hodiérna traditióne monstráuit, Iesus Christus Fílius tuus Dóminus noster: Qui tecum viuit & regnat.

Prefacio de la S. Cruz.

VErè dignum & iustum est, æquum & salutáre, nos tibi

semper, & vbique grátias ágere,
 Dómine sancte, Pater omnípo-
 tens, æterne Deus. Qui salútem
 humáni géneris in ligno Crucis
 constituísti: vt vnde mors oriebâ-
 tur, inde vita resúrgeret: & qui in
 ligno vincêbat, in ligno quoque
 vinceretur: per Christum Dómi-
 num nostrum. Per quem maiestâ-
 tem tuam laudant Angeli, adórant
 Dominatiónes, tremunt Potestá-
 tes. Cæli, cælórúmque virtútes, ac
 beâta Séraphim, sócia exultatióne
 concélebrant. Cum quibus &
 nostras voces, vt admitti iúbeas
 deprecâmur, súplici confessiône
 dicentes:

Sanctus, Sanctus, Sanctus, DÓ-
 minus Deus Sábaoth. Pleni sunt
 cæli & terra glória tua, Hosánna
 in excélsis. Benedíctus qui venit

in nómine Dómini, Hosanna in
excelsis. Infra actionem.

Communicantes, & diem sa-
cratíssimum celebrantes, quo
Dóminus noster Iesus Christus
pro nobis est traditus: sed & me-
móriam venerantes, in primis
gloriosæ semper yirginis Mariæ,
genitricis eiusdem Dei & Dómi-
ni nostri Iesu Christi: sed & bea-
tôrum Apostolôrum ac mártý-
rum tuorum, Petri & Pauli, An-
drææ, Iacóbi, Ioánnis, Thomæ,
Iacóbi, Philíppi, Bartholomæi,
Matthæi, Simônis & Thaddæi:
Lini, Cleti, CLEMÉNTIS, Xysti,
Cornélij, Cypriani, Laurentij,
Chrysógoni, Ioánnis & Pauli,
Cosmæ & Damiáni, & ómnium
sanctôrum tuorum: quorum mé-
ritis precibúsq; concedas, vt in

omnibus protectionis tuæ muniamur auxilio. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

Sigue.

Hanc igitur oblationem seruitutis nostræ, sed & eunctæ familiæ tuæ, quam tibi offerimus ob diem, in qua Dominus noster Iesus Christus tradidit discipulis suis corporis & sanguinis sui mysteria celebranda, quæsumus Domine, vt placatus accipias: diésque nostros in tua pace disponas: atque ab æterna damnatione nos eripi, & in electorum tuorum iubeas grege numerari. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

Quam oblationem tu Deus in omnibus, quæsumus, benedictam, adscriptam, ratam, ratam,

tam, ✠ rationábilem, accepta-
bilémque fácere dignêris: vt no-
bis Cor ✠ pus, & San ✠ guis
fiat dilectíssimi Fílij tui Dómini
nostri Iesu Christi.

Q Vi prídie, quàm pro nostra
omniúmque salúte paterê-
tur, hoc est, hódie: accêpit panem.
Lo demas como en el Canon de
la Missa.

Dicense los **Agnus** como otras ve-
zes; pero no se besa la paz: y dicense
tambien las tres Oraciones que se
suelen antes de la Comunion.

¶ Oy a de consagrar el Sacerdote
dos Hostias: consumirá la vna, y la
otra a de guardar para mañana,
porque mañana no se dice ningun-
ga Missa. Guardará algunas for-
mas consagradas, por si acaso fue-
ren menester para algun enfermo.

Consumirá toda la sangre. Antes de la ablucion de los dedos, pondrá la Hostia, que se a de guardar, en otro Caliz, que cubrirá el Diacono con la patena, ixuela, y tafetan, y la pondrá en medio del Altar. Luego toma la Comunión, y se acaba la Misa: y el Sacerdote tendrá cuydado de hincarse de rodillas siempre que passare o llegare al medio del Altar: y quando vuiere de decir, *Dóminus vobíscum*, no se voluerá al pueblo en medio del Altar, fino al lado del Euangelio, por no voluer las espaldas al Sacramento que está en el Caliz: y por la misma raçon dará tambien la bendicion desde el lado del Euangelio: y no da buelta entera.

Comunion. *Dóminus Iesus, postquam coenâuit cum discípu-
lis,*

suis, lauit pedes eorum, & ait illis: Scitis quid fecerim vobis ego Dominus & magister? exemplum dedi vobis, vt & vos ita faciatis.

Postcomunion.

R Efecti vitalibus alimentis, quæsumus Domine Deus noster: vt quod tempore nostræ mortalitatis exequimur, immortalitatis tuæ mûnere consequamur. Per Dominum nostrum.

Dirase, I te missa est. y se dará la bendicion como otras vezes: leera-se el Euangelio de S. Iuan: y en su principio, sin hazer la señal de la cruz en el Altar, se presinará el Sacerdote.

¶ Este mismo dia a de estar ya preparado el Monumento, que será vn lugar a proposito en alguna Capilla de la Iglesia, o en algun Al-

tar: y adornarase decentemente con alonbras colgaduras, o como se pudiere. Encenderanse algunas luces, y pondrase allí el Caliz que contiene la Hostia referuada; y harase desta suerte.

Acabada la Missa, enciendense los ciriales, y haze la Procecion como se suele, y lleuando la cruz otro Subdiacono, que se a de vestir para este efeto; el que dice la Missa, tomará vna capa blanca: estando delante del Altar, pondrá incienso en dos incensarios, sin dar la bendicion: y luego hincandose de rodillas incensa con el vno tres vezes al Santissimo Sacramento: y tomando el caliz (darasele el Diacono) y cubriendole con las extremidades del velo o offertorio que tiene en sus hombros, irá debaxo

debaxo del palio, teniendo a su diestra al Diacono, y al Subdiacono a su izquierda: y dos Acolytos irán incensando continuamente hasta el monumento, donde se pondrá el Sacramento, y se guardará hasta el dia siguiente.

Mientras se haze la Proceffion, se irá cantando este Hymno.

P Ange lingua gloriófi
 Córporis myfterium,
 Sanguinífque pretiófi,
 Quém in mundi pretium
 Fructus ventris generófi
 Rex effudit Géntium.

N obis datus, nobis natus
 Ex intácta Vírgine,
 Et in mundo conuersátus,
 Sparfo verbi femine,
 Sui moras incolátus
 Miro claufit órdine.

In supréma nocte cœnæ

Recumbens cum fratribus,

Observata lege plenè

Cibis in legalibus,

Cibum turbæ duodénæ

Se dat suis manibus.

Verbum caro, panem verum

Verbo carnem efficit:

Fitque sanguis Christi merum,

Et si sensus deficit:

Ad firmandum cor sincerum

Sola fides sufficit.

Tantum ergo Sacramentum

Veneremur cernui:

Et antiquum documentum

Nouo cedat ritui:

Præstet fides supplementum

Sensuum defectui.

Genitori, Genitrici

Laus & iubilatio,

Salus, honor, virtus quoque

Sit

Sit & benedictio:

Procédenti ab utrôque

Compar fit laudatio. Amen.

En llegando al Monumento, el Diacono hincado de rodillas, tomará de mano del Sacerdote el Caliz con la Hostia consagrada, y le pondrá sobre el Altar: y incensarale el Sacerdote de rodillas: luego le meterá en su custodia. Acabada la Proceſion, ſe enpieçan en el Coro las Viſperas.

A V I S P E R A S.

Diceſe paſo el Pater noſter, y Ave Maria. y enpieçauſe de la primera Antifona. Cálicem ſalutaris accípiam, & nomen Dómini inuocábo. Salmo 115.

C Rédidi, propter quod locutus ſum: * ego autem humiliatus ſum nimis.

E go

Ego dixi in excessu meo: * Omnis homo mendax.

Quid retribuam Dómino, * pro omnibus quæ retribuit mihi?

Cálicem salutáris accípiam: * & nomen Dómini inuocábo.

Vota mea Dómino reddam coram omni pópulo eius: * pretiósa in conspéctu Dómini mors sanctorum eius.

O Dómine, quia ego seruus tuus: * ego seruus tuus, & filius ancillæ tuæ.

Dirupísti víncula mea: * tibi sacrificábo hóstiam laudis, & nomen Dómini inuocábo.

Vota mea Dómino reddam in conspéctu omnis pópuli eius: * in átrijs domus Dómini, in médio tui Ierúsalem.

Antifona. Cálicem salutáris accípiam,

píam, & nomen Dómini inuocábo.

Antifona. Cum his qui odérunt pacem, eram pacíficus: dum loquêbar illis, impugnábant me gratis.

Salmo 119.

AD Dóminum cum tribuláret clamáui:* & exaudiuit me.

Dómine líbera ánimam meam à lábijs iníquis,* & à lingua dolósa.

Quid detur tibi, aut quid apponâtur tibi* ad linguam dolôsam?

Sagittæ poténtis acútæ,* cum carbónibus desolatórijs.

Hæu mihi, quia incolâtus meus prolongâtus est: habitáui cum habitántibus Cedar:* multùm incolâ fuit ánima mea.

Cum his qui odérunt pacem, eram pacíficus:* cum loquêbar illis, impugnábant me gratis.

Anti-

Antifona. Cum his qui odérunt pacem, eram pacíficus: dum loquêbar illis, impugnábant me gratis.

Antifona. Ab homínibus iníquis líbera me Dómine. Salmo 139.

ERipe me Dómine ab hómine malo: * à viro iníquo éripe me. Qui cogitauerunt iniquitátes in corde: * tota die constituébant prælia.

Acuérunt linguas suas sicut serpéntis: * venênum áspidum sub lábijs eórum.

Custódi me Dómine de manu peccatôris: * & ab homínibus iníquis éripe me.

Qui cogitauerunt supplantâre gressus meos: * abscondérunt superbi láqueum mihi.

Et funes extendérunt in láqueum: *

iuxta

iuxta iter scándalum posuerunt
mihi.

Dixi Dómino: Deus meus es tu: *
exáudi Dómine vócem depreca-
tiónis meæ.

Dómine, Dómine virtus salútis
meæ: * obumbrásti super caput
meum in die belli:

Ne tradas me Dómine a deside-
rio meo peccatóri: * cogitauerunt
contra me, ne derelínquas me, ne
fottè exalténtur.

Caput circúitus eórum: * labor la-
biórum ipsórum opériet eos.

Cadent super eos carbónes, in
ignem deiciés eos: * in miserijs
non subsistent.

Vir linguósus non dirigétur in
terra: * virum iniústum mala cá-
pient in intéritu.

Cognóui quia fáciét Dóminus iu-
dícium

Iueues Santo,
 dícium ínopis : * & vindíctam
 páuperum.

V erúm tamen iusti confitebúntur
 nómini tuo : * & habitábunt recti
 cum vultu tuo.

Antifona. Ab homínibus iníquis
 líbera me Dómine.

Antifona. Custódi me à láqueo,
 quem statuérunt mihi, & à scán-
 dalis operántium iniquitâtem.

Salmo 140.

D Omine clamáui ad te, exáudi
 me : * inténde voci meæ, cum
 clamáuero ad te.

D irigâtur orátio mea sicut incén-
 sum in conspéctu tuo : * eleuátio
 mánuum meârum sacrificium ve-
 spertînum.

P one Dómine custódiam ori
 meo : * & óstium circumstántiæ
 lábijs meis.

Non

Non declínes cor meum in verba malítiæ, * ad excufándas excufatiónes in peccátis.

Cum homínibus operántibus iniquitâtem: * & non communicábo cum eléctis eórum.

Corrípiet me iustus in misericórdia, & increpábit me: * óleum autem peccatôris non impínguet caput meum.

Quóniam adhuc & orátio mea in beneplácitis eórum: * abfórpſi sunt iuncti petráe iúdicis eórum.

Audient verba mea quóniam potuerunt: * sicut crassitúdo terræ erúpta est super terram.

Dissipâta sunt ossa nostra secus inférnum: * quia ad te Dómine Dómine óculi mei: in te speráui, non áuferas ánimam meam.

Custódi me à láqueo, quem sta-

244 Iuues Santo,
tuérunt mihi: * & à scándalis ope-
rántium iniquitátem.

Cadent in retiáculo eius peccató-
res: * singuláriter sum ego donec
tránseam.

Antifona. Custódi me à láqueo,
quem statuérunt mihi, & à scán-
dalis operántium iniquitátem.

Antifona. Considerábam ad d'ex-
teram, & vidêbam, & non erat qui
cognósceret me. Salmo 141.

Voce mea ad Dóminum cla-
máui: * voce mea ad Dómi-
num deprecátus sum:

E ffúndo in conspéctu eius ora-
tiónem meam, * & tribulatió-
nem meam ante ipsum pronún-
tio.

In deficiendo ex me spíritum
meum, * & tu cognouísti semitas
meas.

In via hac qua ambulâbam, * abscondérunt láqueum mihi.

Considerâbam ad dexteram, & vidêbam: * & non erat qui cognósceret me.

Périjt fuga à me, * & non est qui requírat ánimam meam.

Clamáui ad te Dómine, * dixi: Tu es spes mea, pórtio mea in terra viuéntium.

Inténde ad deprecationé meam: * quia humiliâtus sum nimis.

Líbera me à perfequéntibus me: * quia confortáti sunt super me.

Educ de custódia ánimam meam ad confiténdum nómini tuo: * me expéctant iusti, donec retribuas mihi.

Antifona. Considerâbam ad dexteram, & vidêbam, & non erat qui cognósceret me.

No se a de decir Capitulo, ni Hymno, ni Verso en todos estos tres dias.

Al Magnificat, Antifona.

Cœnantibus autem illis, accêpit Iesus panem, & benedixit, ac fregit, deditque discipulis suis.

Cantico de N. Señora.

Luce 1. c

Magnificat * ánima mea Dóminum:

Et exultâuit spíritus meus * in Deo salutári meo.

Quia respéxit humilitâtem ancillæ suæ: * ecce enim ex hoc beâtam me dicent omnes generatiónes.

Quia fecit mihi magna, qui potens est: * & sanctum nomen eius.

Et misericórdia eius à progénie in progénies * tíméntibus eum.

Fecit poténtiam in bráchio suo: * dispérsit

dispérsit supérbos mente cordis
sui.

Depósuit poténtes de sede,* & ex-
altâuit húmiles.

Euriéntes impléuit bonis:* & dí-
uites dimísit inánes.

Suscépit Israél púerum suum,*
recordátus misericórdiæ suæ.

Sicut locútus est ad patres no-
stros,* Abraham, & semini eius
in sæcula.

Antifona. Coenántibus autem il-
lis, accépit Iesus panem, & bene-
díxit, ac fregit, dedítque discípu-
lis suis.

Hincandose de rodillas se dice
el Verso Christus factus est pro
nobis obédiens vsque ad mortem.
y pafó el Pater noster. Luego el
Salmo Miserêre. 171. vn poco
mas recio; y despues, sin decir

Oremus, la Oracion siguiente.

R Espice, quæsumus Dómine, super hanc famíliam tuam, pro qua Dóminus noster Iesus Christus non dubitâuit mânibus tradi nocéntium, & crucis subîre tormentum. pero el Qui tecum viuit se dice pafó.

El Sacerdote y Ministros iran quitando todo el ornato del Altar, diciendo la Antifona. **Diuiserunt sibi vestiménta mea : & super vestem meam miserunt sortem.**

Salmo 21.

D Eus Deus meus, respice in me : quare me dereliquisti? * longè à salûte mea verba delictôrum meôrum.

D eus meus clamâbo per diem, & non exâudies: * & nocte, & non ad insipiéntiam mihi.

Tu autem in sancto hábitas, *
Laus Israël.

In te sperauerunt patres nostri: *
sperauerunt, & liberaſti eos.

A d te clamauerunt, & salui facti
sunt: * in te sperauerunt, & non
sunt confúsi.

E go autem sum vermis, & non
homo: * oppróbrium hóminum,
& abiéctio plebis.

O mnes vidéntes me, deriserunt
me: * locúti sunt lábijs, & moué-
runt caput

S perauit in Dómino, erípiat
eum: * saluum fáciat eum, quó-
niam vult eum.

Q uóniam tu es, qui extraxísti me
de ventre: * spes mea ab vbéribus
matris meæ. In te proiéctus sum
ex útero.

D e ventre matris meæ Deus meus

es tu, * ne discésseris à me.

Quóniam tribulatio próxima est: * quóniam non est qui adiuuet.

Circumdedérunt me vítuli multi: * tauri pingues obsedérunt me.

Aperuérunt super me os suum, * sicut leo rápiens & rúgiens.

Sicut aqua effûsus sum: * & dispersa sunt ómnia ossa mea.

Factum est cor meum tamquam cera liquéscens * in médio ventris mei.

Aruit tamquam testa virtus mea, & lingua mea adhæsit fáucibus meis: * & in púluerem mortis deduxísti me.

Quóniam circumdedérunt me canes multi: * concílium malignantium obsêdit me.

Foderunt manus meas & pedes meos: *

meos : * dinumerauerunt ómnia
ossa mea.

Ipsi verò considerauerunt & in-
spexerunt me : * diuiserunt sibi ve-
stiménta mea, & super vestem
meam miserunt sortem.

Tu autem Dómine ne elongáue-
ris auxiliúm tuum à me : * ad de-
fensiómem meam cónspice.

Ereue à frámea Deus ánimam
meam : * & de manu canis úni-
cam meam :

Salua me ex ore leónis : * & à cór-
nibus vnicórnium humilitátem
meam.

Narrábo nomen tuum frátribus
meis : * in médio Ecclésiæ laudá-
bo te.

Qui timétis Dóminum, laudáte
eum : * vniuersum semen Iacob
glorificáte eum.

Tímeat

Tímeat eum omne semen Israël: *
 quóniam non spreuit, neque despé-
 xit deprecationem páuperis:
 Nec auértit fáciem suam à me: *
 & cùm clamârem ad eum, exau-
 diuit me.

A pud te laus mea in ecclésia ma-
 gna: * vota mea reddam in conspé-
 ctu timéntium eum.

E dent páuperes & saturabúntur:
 & laudábunt Dóminum qui re-
 quírun eum: * viuent corda eô-
 rum in sæculum sæculi.

R eminiscéntur & conuerténtur
 ad Dóminum * vniuersi fines
 terræ.

E t adorábunt in conspéctu eius *
 vniuersæ famíliæ Géntium.

Q uóniam Dómini est regnum: *
 & ipse dominábitur Géntium.

M anducauérunt & adorauerunt
 omnes

omnes pingues terræ: * in conspé-
ctu eius cadent omnes, qui descén-
dunt in terram.

Et ánima mea illi viuet: * & se-
men meum séruiet ipsi.

Annuntiábitur Dómino generá-
tio ventûra: * & annuntiábunt cæ-
li iustítiam eius pópulo qui nascê-
tur, quem fecit Dóminus.

Antífona. Diuísérunt sibi vesti-
ménta mea! & super vestem meam
miserunt sortem.

¶ Despues de desconpuestos
los Altares, a hora competente se
hará señal con vna tabla, y iran to-
dos al Mandato. El Superior sobre
el amito y alba tomará vna estola
y capa violada, y llegandó al lugar
deputado, ministrandole el Dia-
cono (estará el y el Subdiacono
con almaticas blancas) pondrá

in-

incienso en el incensario, luego el Diacono puesto en su pecho el libro de los Euangelios y de rodillas, le pidirá la bendición: recibiendo la, acompañándole dos Acolitos con ciriales encendidos, y tomando el libro el Subdiacono, hará la señal de la cruz en el, le incensará, y cantará el Euangelio.

Sequētia sancti Euangēlij secū-
dum Ioānnem. *Cap. 13.*

ANte diem festum Paschæ,
sciens Iesus quia venit hora
eius ut transeat ex hoc mundo ad
Patrem: cum dilexisset suos, qui
erant in mundo, in finem dilexit
eos. Et cœna facta, cum diabolo
iam misisset in cor ut traderet
eum Iudas Simônis Iscariótæ:
sciens quia omnia dedit ei Pa-
ter

ter in manus, & quia à Deo exiit, & ad Deum vadit: surgit à cœna, & ponit vestiménta sua: & cùm accepisset línteum, præcínxit se. Deínde mittit aquam in peluim, & cœpit lauâre pedes discipulôrum, & extérgere línteo, quo erat præcínctus. Venit ergo ad Simônem Petrum. Et dicit ei Petrus: Dómine, tu mihi lauas pedes? Respóndit Iesus, & dixit ei: Quod ego fácio, tu nescis modò, scies autem pósteà. Dicit ei Petrus: Non lauâbis mihi pedes in ætérnum. Respóndit ei Iesus: Si non láuero te, non habêbis partem mecum. Dicit ei Simon Petrus: Dómine, non tantùm pedes meos, sed & manus, & caput. Dicit ei Iesus: Qui lotus est, non índiget nisi vt pedes lauet, sed est mundus

dus

256 Iueues Santo,
dus totus. Et vos mundi estis, sed
non omnes. Sciebat enim quis-
nam esset qui traderet eum: pro-
pterea dixit: Non estis mundi
omnes. Postquam ergo lauit pe-
des eorum, & accepit vestimenta
sua, cum recubuisset iterum, di-
xit eis: Scitis quid fecerim vobis?
Vos vocatis me Magister, & Dó-
mine: & benè dicitis: sum et-
enim. Si ergo ego laui pedes ve-
stros, Dóminus, & Magister: &
vos debétis alter alterius lauare
pedes. Exéplum enim dedi vo-
bis, vt quemádmódum ego feci
vobis, ita & vos faciátis.

En acabando, leuará el Subdia-
cono el libro abierto, y se le dará a
besar al Superior: y el Diacono le
incensará como es costumbre. Lue-
go el Superior se quita la capa, el
Dia-

Diacono y Subdiacono le ciñen con vna toalla; y así ceñido como está, acompañado del Diacono y Subdiacono, enpieça a hazer el lauatorio. Estaran por su orden los que vbieren de ser lauados; aurá dos Clerigos o mas, que traigan fuentes con agua. Hincarse de rodillas el Superior delante de cada vno; el Diacono tendrá el pie derecho, y el Subdiacono seruirá la toalla: el Superior le lauará, enjugará, y besará. Y mientras tanto se irá cantando esta Antifona. **Mandatum nouum do vobis: vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos, dicit Dominus.**

Salmo. **Beati immaculati in via: qui ambulat in lege Domini.**

Y repitese inmediatamente la Antifona **Mandatum nouum do**

R

vobis:

vobis: vt diligâtis inuicem, sicut diléxi vos, dicit Dóminus. Y de la misma manera se iran repitiendo todas las que tuuieren Verso o Salmo. Y de todos los Salmos se dice tan solo el primer Verso.

Antífona. Postquam surrexit Dóminus à cœna, misit aquam in peluim, & cœpit lauâre pedes discipulôrum suôrum: hoc exêmplum reliquit eis.

Salmo. Magnus Dóminus, & laudâbilis nimis, in ciuitâte Dei nostri, in monte sancto eius.

Antífona. Dóminus Iesus, postquam cœnâuit cum discipulis suis, lauit pedes eôrum, & ait illis: Scitis quid fecerim vobis ego Dóminus & Magister? Exêmplum dedi vobis: vt & vos ita faciâtis.

Salmo. Benedixisti Dómine terram

ram tuam : auertisti captiuitatem
Iacob.

Antifona. D ómine, tu mihi lauas
pedes? respóndit Iesus, & dixit ei: Si
non láuero tibi pedes, non habêbis
partem mecum. v̄. Venit ergo ad
Simónem Petrú, & dixit ei Petrus.

Y repitese la Antifona. D ómine,
tu mihi lauas pedes? respóndit Ie-
sus, & dixit ei: Si non láuero tibi
pedes, non habêbis partem me-
cum. v̄. Quod ego fácio, tu nescis
modò: scies autem póstea.

Repitese tercera vez la Antifo-
na. D ómine, tu mihi lauas pedes?
respóndit Iesus, & dixit ei: Si non
láuero tibi pedes, non habêbis par-
tem mecum. v̄. Si ego Dóminus
& Magíster vester laui vobis pe-
des: quanto magis debêtis alter al-
terius lauare pedes?

Salmo. Audíte hæc omnes Gentes : áuribus percípíte qui habitátis orbem.

Antif. In hoc cognóscent omnes, quia discípuli mei estis, si dilectiónem habuérítis ad ínuiçem.
 y. Dixit Iesus discípulis suis.

Antif. Máneant in vobis fides, spes, chárítas, tria hæc : maior autem horum est chárítas.
 y. Nunc autem manent fides, spes, chárítas, tria hæc: maior horum est chárítas.

Antif. Benedícta sit sancta Trínitas, atque indiuisa únitás: confitébimur ei, quia fecit nobíscum misericórdiam suam.
 y. Benedicámus Patrem, & Fílium, cum sancto Spírítu.

Salmo. Quàm dilécta tabernácula tua, Dñe virtutum: concupíscit & déficit ánima mea in átria Dñi.

Antifona. Vbi cháritas & amor,
Deus ibi est. *v̄*. Congregâuit nos in
vnum Christi amor. *v̄*. Exultê-
mus, & in ipso iucundêmur. *v̄*. Ti-
meâmus, & amêmus Deum vi-
uum. *v̄*. Et ex corde diligâmus
nos sincéro.

Y repitefe la Antifona. Vbi chá-
ritas & amor, Deus ibi est. *v̄*. Simul
ergo cum in vnum congregâmur,
v̄. Ne nos mente diuidâmur, ca-
ueâmus. *v̄*. Cessent iúrgia malí-
gna, cessent lites. *v̄*. Et in médio
nostri sit Christus Deus.

Y repitefe la Antifona. Vbi chá-
ritas & amor, Deus ibi est. *v̄*. Si-
mul quoque cum beátis videâmus.
v̄. Gloriânter vultum tuum, Chri-
ste Deus. *v̄*. Gáudium, quod est im-
ménsum, atque probum. *v̄*. Sæcu-
la per infinîta sæculôrum. Amen.

Después del lauatorio, al Superior (digo el que lauó los pies a los demás) le firuan agua manos y vna toalla. Luego se vuelue al lugar donde antes estaua, y boluiendo a tomar la capa, descubierta la cabeça, dice: **Pater noster**, **pa-**
so. V. Et ne nos inducas in tenta-
tionem. R. Sed libera nos à malo.
V. Tu mandasti mandata tua, Dó-
mine. R. Custodiri nimis. V. Tu la-
uasti pedes discipulorum tuorum.
R. Opera manuum tuarum ne de-
spicias. V. Dómine exaudi oratió-
nem meam. R. Et clamor meus
ad te veniat. V. Dóminus vobí-
scum. R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oracion.

A Desto, Dómine quæsumus,
 officio seruitutis nostræ: &
 quia tu discipulis tuis pedes lauare
 dignâ-

dignatus es, ne despicias opera
manuum tuarum, quæ nobis
retinenda mandasti: vt sicut hic
nobis, & à nobis exteriõra abluuntur
inquinamenta: sic à te õm-
nium nostrum interiõra lauentur
peccata. Quod ipse præstare di-
gnêris, qui viuis & regnas Deus,
per õmnia sæcula sæculõrum
Re. Amen.

AN COMPLETIA Sæculi

No se dice, Iube domine, in la
Leccion que otras vezes, sino, di-
cha la Confession y Absolucion,
se enpieçan con el Salmo 4.

Cum inuocarem, exaudiuit
me Deus iustitiæ meæ: * in
tribulatione dilatasti mihi.
Misere mei, * & exaudi orationem
meam.

Filij hominum usquequò graui-

corde? * vt quid diligitis vanitatem,
 & quæritis mendacium?

Et scitote quoniam iustificauit
 Dominus sanctum suum: * Dó-
 minus exáudiet me, cum clamá-
 uero ad eum.

Trascimini, & nolite peccare: *
 quæ dicitis in córdibus vestris, in
 cubilibus vestris compungimini.
 Sacrificáte sacrificium iustitiæ, &
 speráte in Dómino. * Multi di-
 cunt: Quis ostendit nobis bona?
 Signátum est super nos lumen
 vultus tui Dómine: * dedísti lætí-
 tiam in corde meo.

A fructu frumenti, vini, & ólei
 sui * multiplicati sunt.

In pace in idípsum * dormiam,
 & requiescam;

Quoniam tu Dómine singulá-
 ter in spe * constituísti me.

Salmo 30.

IN te Dómine speráui, non confundar in ætérnum: * in iustitia tua líbera me.

Inclína ad me aurem tuam, * accélera vt éruas me:

E sto mihi in Deum protectórem, & in domum refúgij, * vt saluum me fácias.

Quóniam fortitúdo mea & refúgium meú es tu, * & propter nomen tuum dedúces me, & enútries me.

E dúces me de láqueo hoc, quem abscondérunt mihi: * quóniam tu es protectór meus.

In manus tuas comméndo spíritum meum: * redemísti me Dómine Deus veritátis. Salmo 90.

Qui hábitat in adiutório Altíssimi, * in protectiône Dei cæli commorábitur.

Díctet Dómino: Suscéptor meus
es tu, & refúgium meum: * Deus
meus sperâbo in eum.

Quóniam ipse liberâuit me de lá-
queo venántiũ, * & à verbo áspero.
Scápulis suis obumbrâbit tibi: *
& sub pennis eius sperâbis.

Scuto circúmdabit te véritas eius: *
non timêbis à timôre noctúrno,
A sagitta volánte in die, à negótio
perambulánte in rénebris: * ab
incúrsu, & dæmónio meridiáno.

Cadent à látere tuo mille, & de-
cem mállia à dextris tuis: * ad te
autem non appropinquâbit.

Verúntamen óculis tuis confide-
rábis: * & retributiônem peccatô-
rum vidêbis.

Quóniam tu es Dñe spes mea: * al-
tíssimum posuísti refúgium tuum.
Non accêdet ad te malum: * &
flagél-

flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.

Quoniam Angelis suis mandauit de te: * vt custodiant te in omnibus vijs tuis.

In manibus portabunt te: * ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.

Super aspidem & basiliscum ambulabis: * & conculcabis leonem & draconem.

Quoniam in me sperauit, liberabo eum: * protegam eum, quoniam cognouit nomen meum.

Clamabit ad me, & ego exaudiam eum: * cum ipso sum in tribulatione: eripiam eum, & glorificabo eum.

Longitudine dierum replabo eum: * & ostendam illi salutarem meum.

Salmo 133.

ECce nunc benedicite Dominum, * omnes serui Domini:

Qui

Qui stas in domo Dómini,* in
átrijs domus Dei nostri.

In nóctibus extóllite manus ve-
stras in sancta,* & benedícite Dó-
minum.

Benedícat te Dóminus ex Sion,*
qui fecit cælum & terram.

Cantico de Simeon. *Luce 2. c*

Nunc dínittis seruum tuum
Dómine,* secúndum ver-
bum tuum in pace:

Quia vidérunt óculi mei* salutá-
re tuum,

Quod parásti* ante fáciem óm-
nium populórum;

Lumen ad reuelatióem Gén-
tium,* & glóriam plebis tuæ Israél.

Luego hincandose las rodillas
se dice el Verso. Christus factus est
pro nobis obédiens vsque ad mor-
tem. y luego se dice pafó el Pater
noster.

noster. despues el Salmo, Misere-
re. 171. vn poco mas recio: el qual
acabado, sin Oremus se dice la
Oracion siguiente.

R Espice, quæsumus Dómine,
super hanc familiam tuam,
pro qua Dóminus noster Iesus
Christus non dubitauit manibus
tradi nocentium, & crucis subire
tormentum. pero el Qui tecum
se dice paflo.

Asi se acaban todas las Horas
estos tres dias, hasta las Vísperas
del Sabado Santo.

V I E R N E S

de la Semana Santa.

A M A Y T I N E S.

Primer Noturno, Antifona.
Astiterunt reges terræ, & principes
conuenérunt in vnum, aduersus
Dñm, & aduersus Christum eius.



Quare fremuerunt Gen-
tes, * & populi medi-
tati sunt inania?

Quare stiterunt reges ter-
ra, & principes conuenerunt in
vnum * aduersus Dominum, &
aduersus Christum eius.

Dirumpamus vincula eorum: *
& proiciamus a nobis iugum
ipsorum.

Qui habitat in caelis, iridebit
eos: * & Dominus subsannabit eos.

Tunc loquetur ad eos in ira sua, *
& in furore suo conturbabit eos.

Ego autem constitutus sum Rex ab
eo super Sion montem sanctum
eius, * praedicans praecipuum eius.

Dominus dixit ad me: * Filius
meus es tu, ego hodie genui te.

Prostula a me, & dabo tibi Gentes
here-

hereditatē tuam , * & possessiō-
nem tuam terminos terræ.

Reges eos in virga fērra , * & tam-
quam vas figuli confringes eos.

Et nunc reges intelligite : * & eru-
dīmini qui iudicātis terram.

Seruīte Dōmino in timōre : * &
exultate ei cum tremōre.

Apprehēdite disciplinam , ne-
quādo irascatur Dōminus , * &
pereātis de via iusta.

Cūm exarserit in breui ira eius , *
beāti omnes qui confidunt in eo.

Antif. Astiterūt reges terre , & prin-
cipes conuenērunt in vnum , aduer-
sus Dñm , & aduersus Christū eius.

Antifona. Diuiserunt sibi vesti-
mēta mea : & super vestem meam
miserunt sortem. Salmo 21.

DEus Deus meus , respice in
me : quare me dereliquisti ? *
longè

Viernes Santo,
longè à falûte mea verba delictô-
rum meôrum.

Deus meus clamâbo per diem, &
non exâudies: * & nocte, & non ad
insipientiam mihi.

Tu autem in sancto hábitas', *
Laus Israël.

In te sperauerunt patres nostri: *
sperauerunt, & liberaſti eos.

Ad te clamauerunt, & salui facti
sunt: * in te sperauerunt, & non
sunt confusi.

Ego autem sum vermis, & non
homo: * opprobrium hóminum,
& abiectio plebis.

Omnes videntes me, deriserunt
me: * locuti sunt lábijs, & moué-
runt caput.

Sperâuit in Dómino, erípiat
eum: * saluum fáciat eum, quó-
niam vult eum.

Quó-

Quóniam tu es, qui extraxísti me
de ventre: * spes mea ab vberibus
matris meæ. In te proiectus sum
ex útero.

De ventre matris meæ Deus meus
es tu, * ne discésseris à me.

Quóniam tribulatio próxima
est: * quóniam non est qui ádiuuet.

Circumdederunt me vituli mul-
ti: * tauri pingues obsederunt me.

Aperuerunt super me os suum, *
sicut leo rapiens & rugiens.

Sicut aqua effusus sum: * & di-
spersa sunt ómnia ossa mea.

Factum est cor meum tamquam
cera liquescens * in médio ven-
tris mei.

Aruit tamquam testa virtus mea,
& lingua mea adhæsit faucibus
meis: * & in puluerem mortis de-
duxísti me.

Quóniam circumdederunt me
canes multi: * concílium mali-
gnantium obsêdit me.

Foderunt manus meas & pedes
meos: * diuulnerauerunt ómnia
ossa mea.

Ipsi verò considerauerunt & in-
spexerunt me: * diuiserunt sibi ve-
stimenta mea, & super vestem
meam miserunt sortem.

Tu autem Dómine ne elongáue-
ris auxiliú tuum à me: * ad de-
fensionem meam cónspice.

Eripe à frámea Deus ánimam
meam: * & de manu canis única-
m meam:

Salua me ex ore leónis: * & à corni-
bus unícorniú humilitatē meam.

Narrábo nomen tuum frátribus
meis: * in médio Ecclésiæ laudá-
bo te.

Qui timētis Dóminum, laudáte eum: * vniuersum semen Iacob glorificáte eum.

Tímeat eum omne semen Israël: * quóniam non spreuit, neque despéxit deprecationem páuperis:

Nec auértit fáciem suam a me: * & cùm clamárem ad eum, exau- diuit me.

A púd te laus mea in ecclésia ma- gna: * vota mea reddam in conspéctu timéntium eum.

Et dent páuperes & faturabúntur: & laudábunt Dóminum qui re- quírunť eum: * viuent corda eó- rum in sæculum sæculi.

Reminiscéntur & conuerténtur ad Dóminum * vniuersi fines terræ.

Et adorábunt in conspéctu eius * vniuersæ famíliæ Géntium.

Quóniam Dómini est regnum: *
& ipse dominábitur Géntium.

Manducauérunt & adorauérunt
omnes pingues terræ: * in conspé-
ctu eius cadent omnes qui descén-
dunt in terram.

Et ánima mea illi viuet: * & se-
men meum séruiet ipsi.

Annuntiábitur Dómino generá-
tio ventúra: * & annuntiábunt cæ-
li iustitiam eius pópulo qui nascê-
tur, quem fecit Dóminus.

Antifona. Diuisérunt sibi vesti-
ménta mea: & super vestem meam
miserunt sortem.

Antifona. Insurrexérunt in me
testes iníqui, & mentíta est iní-
quitas sibi.

Salmo 26.

Dominus illuminátió mea, &
salus mea, * quem timébo?

D ómi-

D ómínus protector vitæ meæ,
à quo trepidâbo?

D um appropiant super me in-
cêntes, ut edant carnes meas.

Q uia tribulant me inimici mei,
ipsi infirmati sunt, & ceciderunt.

S i consistant aduersum me ca-
stra, non timêbit cor meum.

S i exurgat aduersum me præ-
lium, in hoc ego sperâbo.

V nam petij à D ómíno, hanc re-
quîram, ut inhabitem in do-
mo D ómíni omnibus diebus vitæ
meæ.

V t videam voluptatem D ómíni,
& vísitem templum eius.

Q uoniam abscondit me in taber-
náculo suo: in die malôrum pro-
texit me in abscondito taberná-
culi sui.

I n petra exaltauit me: & nunc

exaltáuit caput meum super ini-
micos meos.

Et exiui, & immoláui in taberná-
culo eius hóstiám vociferátionis: *

cantábo, & psalmum dicam Dño.

Exáudi Dómine vocem meam,
qua clamáui ad te: * miserere mei,

& exáudi me.

Tibi dixit cor meum, exquisiuit
te fácies meas: * fáciem tuam Dó-
mine requiram.

Ne auertas fáciem tuam a me: *

ne declines in ira a seruo tuo.

A diutor meus esto: * ne derelin-

quas me, neque despicias me Deus

salutáris meus.

Quóniam pater meus, & mater

mea dereliquerunt me: * Dóminus

autem assumpsit me.

Legem pone mihi Dómine in

via tua: * & dirige me in semitam

rectam

rectam propter inimicos meos.

Ne tradideris me in animas tribulantium me: quoniam insurrexerunt in me testes iniqui, & mentita est iniquitas sibi.

Credo videre bona Domini in terra viventium.

Expecta Dominum, viriliter age: & confortetur cor tuum, & sustine Dominum.

Antifona. Insurrexerunt in me testes iniqui, & mentita est iniquitas sibi. V. Diuiserunt sibi vestimenta mea. R. Et super vestem meam miserunt sortem. Pater noster. p. alo.

De lamentatione Ieremie

Propheta.

Leccion j. Cap. 2. c. Heth. m

Cogitauit Dominus dissipare murum filie Sion: tetendit funiculum suum, & non

auēgit manū suam, à perditio-
ne; luxitque, antemurâle, & mu-
rus pariter dissipatus est.

Tern. Defixæ sunt in terra portæ
eius: pērdidit, & contriuit veētēs
eius: regem eius & principes eius
in Gētibus: non est lex, & pro-
phētæ eīs non inueniunt visio-
nem à Dōmino.

Iod. Sedērunt in terra, conticue-
runt senes, filiæ Sion: consperse-
runt cinere capita sua; accinēti
sunt cilicijs; abiecerunt in terram
capita sua Virgines Ierūsalem.

Caph. Defecerunt, præ lacrymis
oculi mei, conturbata sunt viscera
mea: effusum est in terra iecur
meum super contritiōne filiæ pō-
puli mei, cum deficeret parvulus
& lactens in plateis oppidi
Ierūsalem, Ierūsalem, conuer-

rēq; ad Dōminum Deum tuum.
 R. Omnes amici mei dereliquē-
 runt me, & praevaluerunt infidiān-
 tes mihi: tradidit me quem diligē-
 bant. Et terribilibus oculis plaga
 crudeli percutientes, aēto potā-
 bant me, v. Inter iniquos proicē-
 runt me, & non pepercerunt ani-
 mā meā. Et terribilibus

Leccion ij.

Lamed:

M Atribus suis dixerunt: Vbi
 est triticum & vinum? cum
 deficerent quasi vulnerati in pla-
 teis ciuitatis: cum exhalarent ani-
 mas suas in sinu matrum suarum.
 Mem. Cui comparabo te? vel cui
 assimilabo te, filia Ierusalem? cui
 exaequabo te, & consolabor te, vir-
 go filia Sion? magna est enim vol-
 ut mare contritio tua: quis medea-
 bitur tui?

Nun. Prophétæ tui vidérunt tibi falsa & stulta, nec aperiébant iniquitâtem tuam, vt te ad poenitentiâ prouocârent: vidérunt autem tibi assumptiones falsas, & eiectiones.

Samech. Plausérunt super te manibus omnes transeúntes per viam: sibilauerunt, & mouérunt caput suum super filiam Ierúfalem: Hæccine est vrbs, dicentes, perfecti decôris, gáudium vniuersæ terræ?

Ierúfalem, Ierúfalem, conuértere ad Dóminum Deum tuum.

Et. Velum templi scissum est, * Et omnis terra trémuit: latro de cruce clamábat, dicens: Meménto mei Dómine, dum véneris in regnum tuum. v. Petræ scissæ sunt, & monumenta apértâ sunt, & multa corpora

pora sanctorum, qui dormierant,
surrexerunt. Et omnis terra:

Leccion iij. Cap. 3. Aleph.

Ego vir videns paupertatem
meam in virga indignationis
eius.

Aleph. Meminavit, & adduxit in
tenebras, & non in lucem.

Aleph. Tantum in me vertit, &
conuertit manum suam tota die.

Beth. Verusta fecit pellem meam,
& carnem mea, contriuit ossa mea.

Beth. Edificauit in gyro meo, &
circumdedit me felle, & labore.

Beth. In tenebrosis collocauit me,
quasi mortuos sempiternos.

Ghinel. Circumædificauit aduer-
sum me, vt non egrédia: aggraua-
uit compedem meum.

Ghinel. Sed & cum clama uero, &
rogauero, exclûsit oratione meam.

Ghiemel. Conclûsisti vias meas lapí-
pídibus quadrisq; & fémitas meas
subuértit.

Ierúsalem, Ierúsalem, conuértere
ad Dóminum Deum tuum.

R. Vinea mea electa, ego te plan-
taui: Quómodo conuérta es in
amaritudinem; vt me crucifi-
geres; & Barábbam dimitteres?
y. Sepiui te, & lapides elégi ex te;
& ædificáui turrim. Quómodo.
Vinea mea.

Segundo Noturno, Antífona.

Vim faciébant, qui quærébant
ánimam meam. Salmo 37.

Domine ne in furóre tuo at-
tendas me, * neque in ira tua
corrípias me:

Quóniam sagítte tuæ infixæ sunt
mihí: * & confirmásti super me
manum tuam.

Non

Non est sanitas in carne mea à
 facie iræ tuæ: * non est pax offi-
 bus meis à facie peccatorum meo-
 rum.

Quoniam iniquitates meæ super-
 græssæ sunt caput meum: * & sic-
 ut onus graue grauatae sunt super
 me.

Putuerunt, & corruptæ sunt ei-
 catrices meæ, * à facie insipientiæ
 meæ:

Miser factus sum, & curuatus sum
 vsque in finem: * tota die contristâ-
 tus ingrediēbar.

Quoniam lumbi mei impleti sunt
 illusionibus: * & non est sanitas in
 carne mea.

Afflictus sum, & humiliatus sum
 nimis: * rugiēbam à gemitu cordis
 mei.

Dómine, ante te omne desidē-
 rium

rium meum : * & gēnitus meus
à te non est absconditus.

Cor meum conturbatum est, de-
reliquit me virtus mea, * & lu-
men oculorum meorum, & ipsum
non est mecum.

Amici mei, & proximi mei ad-
uersum me appropinquauerunt,
& steterunt.

Et qui iuxta me erant, de longè
steterunt : * & vim faciēbant qui
quærebant animam meam.

Et qui inquirebant mala mihi, lo-
cūti sunt vanitates : * & dolos tota
die meditabantur.

Ego autem tamquam surdus non
audiēbam : * & sicut mutus non
aperiens os suum.

Et factus sum sicut homo non au-
diens : * & non habens in ore suo
redargutiones.

Quó-

Quóniam in te Dómine speráui:
tu exáudies me Dómine Deus
meus.

Quia dixi: Nequándo supergáu-
deant mihi inimíci mei: * & dum
commouéntur pedes mei, super
me magna locúti sunt.

Quóniam ego in flagélla parátus
sum: * & dolor meus in conspéctu
meo semper.

Quóniam iniquitâtem meam an-
núntiâbo: * & cogitâbo pro pec-
câto meo.

Inimíci autem mei viuunt, &
confirmâti sunt super me: * &
multiplicâti sunt qui odérunt me
iníque.

Qui retríbunt mala pro bonis,
detrahébant mihi: * quóniam se-
quêbar bonitâtem.

Ne derelínquas me Dómine
Deus

Deus meus: * ne discederis à me.

Intende in adiutorium meum, *

Dómine Deus salutis meæ.

Antifona. Vim faciebant, qui quæ-
rèbant animam meam.

Antifona. Confundantur & reue-
reantur, qui quærunt animam
meam, vt auferant eam.

Salmo 39.

EXpèctans expectaui Dómi-
num, * & intendit mihi.

Et exaudiuit preces meas: * & edú-
xit me de lacu miseriæ, & de luto
fæcis.

Et statuit super petram pedes
meos: * & direxit gressus meos.

Et iminîsit in os meum canticum
nouum, * carmen Deo nostro.

Vidèbunt multi, & timèbunt: * &
sperábunt in Dómino.

B eatus vir, cuius est nomen Dó-
mini

mini spes eius: * & non respéxit in
vanitátes & infánias falsas.

Multa fecísti tu Dñe Deus meus
mirabília tua: * & cogitatió nibus
tuis non est qui símilis sit tibi.

A nnuntiáui, & locútus sum: * mul-
tiplicáti sunt super númerum.

Sacrificium & oblatiônem noluí-
sti: * aures autem perfecísti mihi.

Holocáustum & pro peccáto non
postulásti: * tunc dixi: Ecce vénio.

In cápite libri scriptum est de me,
vt fácerem voluntâtem tuam: *

Deus meus vólui, & legem tuam
in médio cordis mei.

A nnuntiáui iustítiam tuam in Ec-
clésia magna, * ecce lábia mea non
prohibêbo: Dómine tu scisti.

Iustítiam tuam non abscondi in
corde meo: * veritâtem tuam &
salutâre tuum dixi.

Non abscondi misericordiam tuam, & veritatem tuam, * à concilio multo.

Tu autem Domine ne longè facias miseraciones tuas à me: * misericordia tua & veritas tua semper suscepérunt me.

Quoniam circumdedérunt me mala, quorum non est númerus: * comprehendérunt me iniquitates meæ, & non pótui vt vidêrem.

Multiplicatæ sunt super capillos capitis mei: * & cor meum dereliquit me.

Compláceat tibi Domine vt éruas me: * Domine ad adiuuándum me respice.

Confundántur & reuereántur simul, qui quærunr ánimam meam, * vt áuferant eam.

Conuertántur retrórsim, & reuereán-

uereántur* qui volunt mihi mala.
 Erant conféstim confusiónem
 suam, * qui dicunt mihi: Euge,
 euge.

Exúltent & læténtur super te om-
 nes quæréntes te: * & dicant sem-
 per, Magnificétur Dóminus, qui
 díligunt salutâre tuum.

Ego autem mendícus sum, & pau-
 per: * Dóminus solícitus est mei.

Adiutor meus, & protéctor meus
 tu es: * Deus meus ne tardáueris.

Antifona. Confundántur & reue-
 reántur, qui quærunť ánimam
 meam, ut áuferant eam.

Antifona. Aliéni insurrexérunt in
 me, & fortes quæsiérunt ánimam
 meam. Salmo 53.

DEus in nómine tuo saluum
 me fac: * & in virtúte tua iú-
 dica me.

Deus exáudi oratiónem meam: *
 áuribus pécipere verba oris mei.

Quóniam aliéni insurrexérunt ad-
 uersum me, & fortes quæsiérūt áni-
 mam meá: * & non proposuérunt
 Deum ante conspéctum suum.

Eccce enim Deus ádiuuat me: * &
 Dñs suscéptor est ánimæ meæ.

A uerte mala inimícis meis: * & in
 veritâte tua dispérde illos.

Vóluntáriè sacrificâbo tibi, * &
 confitêbor nómini tuo Dómine,
 quóniam bonum est.

Quóniam ex omni tribulatióne
 eripuísti me: * & super inimícos
 meos despéxit óculus meus.

Antifona. Aliéni insurrexérunt in
 me, & fortes quæsiérunt ánimam
 meam. V. Insurrexérunt in me te-
 stes iníqui. R. Et mentíta est iní-
 quitas sibi. Pater noster. p.aso.

Ex Tractátu sancti Augustíni
Epíscopi super Psalmos.

In Psalm. 63. ad. rversum 2.

Leccion iiij.

Protexísti me Deus à conuén-
tu malignántium, à multi-
túdine operántium iniquitâ-
tem. Iam ipsum caput nostrum
intueâmur. Multi Mártyres tália
passi sunt, sed nihil sic elúcet, quó-
modo caput Mártyrum: ibi mé-
lius intuémur, quod illi expéti
sunt. Protéctus est à multitudíne
malignántium, protegénte se Deo,
protegénte carnem suam ipso fi-
lio, & hómíne, quem gerébat:
quia sílius hómínis est, & Fílius
Dei est. Fílius Dei, propter for-
mam Dei: sílius hómínis, propter
formam serui, habens in potestáte
pónere ánimam suam, & recíperc

eam. Quid ei potuerunt facere inimici? Occiderunt corpus, animam non occiderunt. Intendite. Parum ergo erat, Dominum hortari Martyres verbo, nisi firmaret exemplo.

R. Tanquam ad latronem existis cum gladiis & fustibus comprehendere me: * Quotidie apud vos eram in templo docens, & non me tenuistis: & ecce flagellatum ducitis ad crucifigendum.

v. Cumque iniecissent manus in Iesum, & tenuissent eum, dixit ad eos. Quotidie.

Leccion v.

NOstis qui conuentus erat malignantium Iudæorum, & quæ multitudo erat operantium iniquitatem. Quam iniquitatem? Quia voluerunt occidere Dominum

num Iesum Christum. Tanta ópera bona , inquit , osténdi vobis: propter quod horum me vultis occídere? Pértulit omnes infirmos eórum , curáuit omnes lánguidos eórum, prædicáuit regnum cælórum, non tácuit vítia eórum, vt ipsa pótiùs eis displicérent, non médicus , à quo sanabántur. His ómnibus curatió nibus eius ingrátí , tamquam multa febre phrenétici, insaniétes in médicum, qui vénerat curáre eos , excogitauerunt consílium perdéndi eum: tamquam ibi volétes probáre, utrùm verè homo sit qui mori possit, an áliquid super hómines sit , & mori se non permittat. Verbum ipsórum agnóscimus in Sapiéntia Salomónis: Morte turpíssima , inquit , condem-

nēmus eum. Interrogēmus eum: erit enim respēctus in sermōnibus illius. Si enim verè Fílius Dei est, líberet eum.

R. Ténébræ factæ sunt, dum crucifixissent Iesum Iudæi: & circa horam nonam exclamâuit Iesus voce magna: Deus meus, vt quid me dereliquisti? * Et inclinâto cápite emisit spírítum. **V.** Exclámans Iesus voce magna, ait: Pater, in manus tuas comméndo spírítum meum. Et inclinâto.

Leccion vj.

EXacuérunt tamquam gládium linguas suas. Non dicant Iudæi; Non occídimus Christum. Etenim proptéreà eum dedérunt iúdicí Piláto, vt quasi ipsi à morte eius videréntur immúnes. Nam cum dixisset eis Pilátus, Vos eum occí-

occidite : responderunt , Nobis non licet occidere quemquam. Iniquitatem facinoris sui in iudicem hominem refundere volebant : sed numquid Deum iudicem fallabant ? Quod fecit Pilatus , in eo ipso quod fecit , aliquantum particeps fuit : sed in comparatione illorum multo ipse innocentior. Institit enim quantum potuit , ut illum ex eorum manibus liberaret : nam propterea flagellatum produxit ad eos. Non persequendo Dominum flagellavit , sed eorum furori satisfacere volens : ut vel sic iam miterentur , & desinerent velle occidere cum flagellatum viderent. Fecit & hoc. At ubi perseveraverunt , nostis illum lavisse manus , & dixisse , quod ipse non fecisset,

mundum se esse à morte illius. Fecit tamen. Sed si reus, quia fecit vel inuítus: illi innocétes, qui coëgérunt vt fáceret? Nullo modo. Sed ille dixit in eum sententiam, & iussit eum crucifígi, & quasi ipse occídít: & vos ô Iudæi occidístis. Vnde occidístis? Gládio linguæ: acuístis enim linguas vestras. Et quando percussístis, nisi quando clamástis: Crucifíge, crucifíge?

Re. Animam meam diléctam tradidi in manus iniquórum, & facta est mihi heréditas mea sicut leo in silua: dedit contra me voces aduersárius, dicens: Congregámini, & properáte ad deuorándum illum: posuérunt me in deserto solitúdinis, & luxit super me omnis terra: * Quia non est inuéntus

uéntus qui me agnósceret, & fá-
ceret benè. x. Insurrexérunt in me
viri absque misericórdia, & non
pepercérunt ánimæ meæ. Quia
non est. A nimam meam.

Tercer Noturno, Antifona.

Ab insurgéntibus in me líbera me
Dómine, quia occupauerunt áni-
mam meam.

Salmo 58.

ERipe me de inimícis meis
Deus meus: * & ab insurgén-
tibus in me líbera me.

Ripe me de operántibus iniqui-
tâtem: * & de viris sánguinum sal-
ua me.

Quia ecce cepérunt ánimam
meam: * irruérunt in me fortes.

Neque iníquitas mea, neque pec-
cátum meum Dómine: * sine ini-
quitâte cucúrri, & direxi.

xur-

E xúrge in occúrsum meum, & vide: * & tu Dómine Deus virtutum, Deus Israël,

Inténde ad visitándas omnes Gentes: * non misereâris ómnibus qui operántur iniquitâtem.

Conuerténtur ad vésperam: & famem patiéntur vt canes, * & circuibunt ciuitâtem.

E cce loquéntur in ore suo, & gladius in lábijs eórum: * quóniam quis audíuit?

E t tu Dómine deridêbis eos: * ad níhilum dedúces omnes Gentes.

Fortitúdinem meam ad te custódiâ, quia Deus suscéptor meus es: * Deus meus misericórdia eius præueniet me.

D eus osténdet mihi super inimicos meos, ne occídas eos: * nequândo obliuiscántur pópuli mei.

D ispér-

Dispérge illos in virtute tua: * & depone eos protector meus Dómine:

Delictum oris eorum, sermónem labiòrum ipsòrum: * & comprehendántur in superbia sua.

Et de execratione & mendacio annuntiabúntur in consummatione: * in ira consummationis, & non erunt.

Et scient quia Deus dominábitur Iacob: * & finium terræ.

Conuerténtur ad vésperam, & famem patiéntur vt canes: * & circuíbunt ciuitátem.

Ipsi dispergéntur ad manducándum: * si verò non fúerint saturáti, & murmurábunt.

Ego autem cantábo fortitúdinem tuam: * & exultábo manè misericórdiam tuam.

Quia

Quia factus es suscéptor meus, *
& refúgium meum, in die tribula-
tiônis meæ.

A diûtor meus tibi psallam, quia
Deus suscéptor meus es: * Deus
meus misericórdia mea.

Antifona. Ab insurgéntibus in
me líbera me Dómine, quia occu-
pauérunt ánimam meam.

Antif. Longè fecísti notos meos à
me: tráditus sum, & non egrediê-
bar. Salmo 87.

Domine Deus salútis meæ, *
in die clamáui, & nocte co-
ram te.

Intret in conspéctu tuo orátio
mea: * inclína aurem tuam ad pre-
cem meam:

Quia replêta est malis ánima
mea: * & vita mea inférno appro-
pinquáuit.

Æ sti-

Æstimatus sum cum descendē-
tibus in lacum: * factus sum sicut
homo sine adiutorio, inter mór-
tuos liber.

Sicut vulnerati dormiētes in se-
púlchris, quorum non es memor
ámpliùs: * & ipsi de manu tua re-
púlsi sunt.

Posuērunt me in lacu inferióri: *
in tenebrósis, & in vmbra mortis.

Super me confirmatus est furor
tuus: * & omnes fluctus tuos in-
duxísti super me.

Longè fecísti notos meos à me: *
posuērūt me abominatiōnem sibi.

Traditus sum, & non egrediē-
bar: * óculi mei languērunt præ
inópia.

Clamáui ad te Dómine tota die: *
expándi ad te manus meas.

Numquid mórtais fácies mirabí-
lia: *

304 Viernes Santo,
lia : * aut medici suscitábunt, &
confitebúntur tibi?

N unquid narrábit áliquis in se-
púlchro misericórdiam tuam,* &
veritâtem tuam in perditione?

N unquid cognoscéntur in tene-
bris mirabília tua,* & iustítia tua
in terra obliuionis?

E t ego ad te Dómine clamáui:*
& manè oratio mea præueniet te.
V t quid Dómine repéllis oratiô-
nem meam:* auértis fáciem tuam
á me?

P auper sum ego, & in labóribus
á iuuentúte mea:* exaltátus autem
humiliátus sum & conturbátus.

I n me transierunt iræ tuæ:* & ter-
róres tui conturbauerunt me.

C ircumdedérunt me sicut aqua
tota die:* circumdedérunt me
simul.

E lon-

Elongásti à me amicum & próxi-
mum: * & notos meos à miséria.

Antifona. Longè fecísti notos
meos à me : tráditus sum, & non
egrediêbar.

Antifona. Captábunt in ánimam
iusti, & sánguinem innocentem
condemnábunt. Salmo 93.

DEus vltiõnum Dóminus : *
Deus vltiõnum líberè egit.

Exaltâre qui iúdicas terram: * red-
de retributiõnem supérbis.

Vsquequò peccatóres Dómine, *
úsquequò peccatóres gloriabútur:
E ffabúntur, & loquéntur iniqui-
tâtem: * loquéntur omnes, qui ope-
rántur iniustítiam?

Pópulum tuum Dómine humi-
liauérunt : * & hereditâtem tuam
vexauérunt.

Víduam & áduenam interfecé-
runt: *

306 Viernes Santo,
runt : * & pupillos occiderunt.
Et dixerunt: Non videbit Dominus,
* nec intelliget Deus Iacob.
Intelligite insipientes in populo:
* & stulti aliquando sapite.

Qui plantavit aurem, non au-
diat: * aut qui finxit oculum, non
considerat?

Qui corripit gentes, non arguet:
* qui docet hominem scientiam?

Dominus scit cogitationes homi-
num, * quoniam vanæ sunt.

Beatus homo, quem tu erudieris
Dñe: * & de lege tua docueris eum.

Vt mitiges ei à diebus malis: * do-
nec fodiatur peccatori fovea.

Quia non repellet Dominus ple-
bem suam: * & hereditatem suam
non derelinquet.

Quoadúsque iustitia conuertatur
in iudicium: * & qui iuxta illam

omnes

omnes qui recto sunt corde.

Quis confúrget mihi aduérſus malignántes? * aut quis ſtabit mecum aduérſus operántes iniquitâtem?

Niſi quia Dóminus adiúuit me: * paulóminus habitáſſet in inférno ánima mea.

Si dicébam: Motus eſt pes meus: * miſericórdia tua Dómine adiuuábat me.

Secúndùm multitudinem dolórum meórum in corde meo, * conſolatiónes tuæ lætificauérunt ánimam meam.

Nunquid adhæret tibi ſedes iniquitátis: * qui fingis labórem in præcépto?

Captábunt in ánimam iuſti: * & ſánguinem innocéntem condemnábunt.

Et factus eſt mihi Dóminus in re-
 V 2 fúgium: *

fúgium: * & Deus meus in adiutó-
rium spei meæ.

Et reddet illis iniquitâtem ipsô-
rum: & in malítia eôrum dispér-
det eos: * dispérdet illos Dóminus
Deus noster.

Antifona. Captábunt in ánimam
iusti, & sánguinem innocentem
condemnábunt. *ŷ.* Locúti sunt
aduérsum me lingua dolósa. *R.* Et
sermónibus ódij circumdedérunt
me, & expugnauérunt me gratis.
Pater noster. *pafo.*

De Epístola beáti Pauli Apó-
stoli ad Hebræos.

Leccion vij. *Cap. 4. c. & 5.*

FEstinêmus íngredi in illam
réquiem: vt ne in idípsum
quis íncidat incredulitâti
exémplum. Viuus est enim sermo
Dei, & éfficax, & penetrabílior
omni

omni gládio ancípiti: & pertingens usque ad diuisionem animæ ac spiritus, compagum quoque ac medullarum, & discretor cogitationum & intentionum cordis. Et non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius: omnia autem nuda & aperta sunt oculis eius, ad quem nobis sermo. Habentes ergo Pontificem magnum, qui penetravit cælos, Iesum Filium Dei: teneamus confessionem. Non enim habemus Pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris; tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato.

Tradiderunt me in manus impiorum, & inter iniquos proiecerunt me, & non pepercerunt animæ meæ: congregati sunt aduersum me fortes: * Et sicut gigantes

steterunt contra me. *ψ.* Alieni insurrexerunt aduersum me, & fortes quaesierunt animam meam. Et sicut. Leccion viij.

A Deamus ergo cum fiducia ad thronum gratiae: ut misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno. Omnis namque Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in iis quae sunt ad Deum, ut offerat dona & sacrificia pro peccatis: qui condolere possit iis qui ignorant & errant: quoniam & ipse circumdatus est infirmitate: & propterea debet, quemadmodum pro populo, ita etiam & pro semetipso offerre pro peccatis.

℞. Iesum tradidit impius summis principibus sacerdotum, & senioribus
ribus

ribus pópuli : * Petrus autem sequebâtur eum à longè, vt vidêret finem. v̄. Adduxérunt autem eum ad Cáipham príncipem sacerdotum, vbi Scribæ & Pharisæi conuenerant. Petrus autem.

Leccion ix.

NEc quisquam sumit sibi honôrem, sed qui vocâtur à Deo, tamquam Aaron. Sic & Christus non semetípsum clarificâuit vt Póntifex fieret: sed qui locûsus est ad eum : Fílius meus es tu, ego hódie génui te. Quemádmódum & in álio loco dicit: Tu es sacerdos in ætérnum secúndum órduinem Melchísedech. Qui in diêbus carnis suæ preces supplicationésque ad eum, qui possit illum saluum fácere à morte, cum clamóre válido & lácrymis ófferens,

exauditus est pro sua reuerentia. Et quidem cum esset Filius Dei, didicit ex iis quæ passus est, obedientiam : & consummatus, factus est omnibus obtemperantibus sibi, causa salutis æternæ, appellatus à Deo Póntifex iuxta ordinem Melchisedech.

ꝛ. Caligauerunt óculi mei à fletu meo: quia elongatus est à me, qui consolabatur me. Videte omnes pópuli, * Si est dolor símilis sicut dolor meus. v̄. O vos omnes qui transitis per viam, attendite & videte. Si est dolor. C aligauerunt.

A L A V D E S,

Antifona.

P Róptio Fílio suo non pepércit Deus, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Salmo, Miferere mei Deus. 171.

Anti-

Antifona. Anxiatus est super me spiritus meus, in me turbatum est cor meum. Salmo 142.

Domine exaudi orationem meam, auribus percipe obsecrationem meam in veritate tua: * exaudi me in tua iustitia. Et non intres in iudicium cum seruo tuo: * quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Quia persecutus est inimicus animam meam: * humiliavit in terra vitam meam.

Collocavit me in obscuris sicut mortuos seculi: * & anxiatus est super me spiritus meus, in me turbatum est cor meum.

Memor fui dierum antiquorum, meditatus sum in omnibus operibus tuis: * in factis manuum tuarum meditabar.

Expáñdi manus meas ad te: * áni-
ma mea sicut terra sine aqua tibi:
Velóciter exáudi me Dómine: *
defêcit spíritus meus.

Non auértas fáciem tuam à me: *
& símilis ero descendéntibus in
lacum.

Audítam fac mihi manè miseri-
córdiam tuam: * quia in te speráui.
Notam fac mihi viam, in qua ám-
bulem: * quia ad te leuáui ánimam
meam.

Eripe me de inimícis meis Dómi-
ne, ad te confúgi: * doce me fáce-
re voluntátem tuam, quia Deus
meus es tu.

Spíritus tuus bonus dedúcet me
in terram rectam: * propter no-
men tuum Dómine viuificábis
mè, in æquitáte tua.

Edúces de tribulatióne ánimam
meam: *

meam: * & in misericórdia tua dispédes inimícos meos.

Et perdes omnes qui tríbulant ánimam meam: * quóniam ego seruus tuus sum.

Antifona. Anxiátus est super me spíritus meus, in me turbátum est cor meum.

Antif. Ait latro ad latrónem: Nos quidem digna factis recípinus, hic autem quid fecit? Meménto mei Dómine, dum véneris in regnum tuum. Salm. Deus Deus meus. 179.

Antifona. Cùm conturbâta fúerit ánima mea Dómine, misericórdiæ memor eris.

Cantico de Habacuc. *Cap. 3.*

Domine audíui auditióem tuam, * & tímui.

Dómine opus tuum * in inéδιο annórum viuífica illud

In

In médio annôrum notum fá-
cies: * cùm irâtus fúeris, misericór-
diæ recordáberis.

Deus ab Austro véniet, * & fan-
ctus de monte Pharan:

Opéruit cælos glória eius: * & lau-
dis eius plena est terra.

Splendor eius vt lux erit: * córnua
in mánibus eius.

Ibi abscondita est fortitúdo eius: *
ante fáciem eius ibit mors.

Et egrediétur diábolus ante pe-
des eius. * Stetit, & mensus est
terram.

Aspéxit, & dissóluit Gentes: * &
contríti sunt montes sæculi.

Incuruáti sunt colles mundi: * ab
itinéribus æternitâtis eius.

Pro iniquitâte vidi tentória Æ-
thiopiæ: * turbabúntur pelles ter-
ræ Má dian.

Numquid in flumínibus irátus es
Dómine? * aut in flumínibus furor
tuus? vel in mari indignátio tua?

Qui ascéndes super equos tuos: *
& quadrígæ tuæ saluátio.

Súscitans suscitâbis arcum tuum: *
iuraménta tríbubus, quæ locû-
tus es:

Flúuios scindes terræ: vidérunt te,
& doluérunt montes, * gurges
aquârum tránst. .

Dedit abyssus vocem suam: * alti-
túdo manus suas leuâuit.

Sol & luna steterunt in habitácu-
lo suo, * in luce sagittârum tuâ-
rum, ibunt in splendôre fulgurán-
tis hastæ tuæ.

In frémitu conculcâbis terram: *
& in furôre obstupefácies Gentes.

Egréssus es in salûtem pópuli tui, *
in salûtem cum Christo tuo:

Per-

Percussisti caput de domo impij: * denudasti fundamentum eius usque ad collum.

Maledixisti sceptris eius, capiti bellatorum eius, * venientibus ut turbo ad dispergendum me.

Exultatio eorum * sicut eius qui deuorat pauperem in abscondito.

Viam fecisti in mari equis tuis, * in luto aquarum multarum.

Audiuui, & conturbatus est venter meus: * a voce contremuerunt labia mea.

Ingrediatur putredo in ossibus meis, * & subter me scateat.

Ut requiescam in die tribulationis: * ut ascendam ad populum accinctum nostrum.

Ficus enim non florebit: * & non erit germen in vineis.

Men-

M'entiêtur opus oliuæ: * & arua
non áfferent cibum.

Abfcindêtur de ouíli pecus: * &
non erit arméntum in præfépibus.
E go autem in Dómino gaudêbo: *
& exultâbo in Deo Iesu meo.

D eus Dóminus fortitúdo mea: * &
ponet pedes meos quasi ceruôrum.
E t super excélsa mea dedúcet me
victor * in psalmis canéntem.

Antif. Cùm cõturbâta fúerit ánima
mea Dñe, misericórdiæ memor eris.

Antifona. Meménto mei Dómi-
ne, dum véneris in regnum tuum.

Salmo, Laudâte Dóminum de cæ-
lis. 183. v̄. Collocâuit me in ob-
scúris. r̄. Sicut mórtuos sæculi.

Al Benedictus, Antifona.

Posuérunt super caput eius causam
ipsíus scriptam: Iesus Nazaréus,
Rex Iudæorum.

Hincandose de rodillas se dice
 y. *Christus factus est pro nobis
 obediens usque ad mortem, mor-
 tem autem crucis.* y pafó el Pater
 noster. Luego el Salmo, *Miserê-
 re.* 171. vn poco mas recio: el qual
 acabado, sin Oremus se dice la
 Oracion siguiente.

R Espice, quæsumus Dómine
 super hanc famíliam tuam,
 pro qua Dóminus noster Iesus
 Christus non dubitâuit mânibus
 tradi nocéntium, & crucis subîre
 tormentum. pero el Qui tecum
 se dice pafó.

A Prima, Tercia, Sexta y No-
 na, como arriba al Iueves Santo a
 fol. 192. pero al fin del Verso,
*Christus factus est pro nobis obé-
 diens usque ad mortem,* se añade
mortem autem crucis.

Statio ad S. Crucem in Ierusalem.

A Cabada la Nona, el Sacerdote y Ministros, con ornamentos negros sin ciriales ni incienso, vienen al Altar; y postrandose delante del vn rato, hazen vna oracion. Mientras tanto, los Acolitos ponen vna toalla sobre el Altar. El Sacerdote con sus Ministros, hecha oracion, sube al Altar, y besa en medio. Luego el que vuere de leer la Profecia, viene al lado de la Epistola, y la enpieça sin titulo ninguno: leerála tambien el Sacerdote en voz baja, quedandose en el Altar al lado de la Epistola. *Osee 6.*



Æc dicit Dóminus: In tribulatióne sua manè confúrgent ad me: Veníte, & reuertámur ad Dóminum: quia ipse e

pit, & sanâbit nos: percûti-
 erit, & curâbit nos. Viuificâbit nos post duos
 dies: in die tertia suscitâbit nos,
 & viuemus in conspéctu eius. Sciê-
 mus, sequemurque, vt cognoscâ-
 mus. Dóminum: quasi dilúculum
 præparâtus est egressus eius, & vé-
 niet quasi imber nobis temporá-
 neus, & serótinus terræ. Quid fá-
 ciam tibi Ephraim? Quid fá-
 ciam tibi Iuda? Misericórdia vestra
 quasi nubes matutîna, & quasi
 ros manè pertrânsiens. Propter hoc
 dolâui in Prophétis, & occídi eos
 in verbis oris mei: & iudícia tua
 quasi lux egrediéntur. Quia mise-
 ricórdiam volui, & non sacrifici-
 um, & sciéntiam Dei plus quàm
 holocâusta.

Tracto. D ómine, audíui audí-
 tum tuum, & tímui: consideráui
 ópera

ópera tua, & expáui. *ψ*. In médio duôrum animálium innotescêris: dum appropinquáuerint anni, cognoscêris: dum aduénierit tempus, ostendêris. *ψ*. In eo, dum conturbâta fúerit ánima mea: in ira, misericórdiæ memor eris. *ψ*. Deus à Líbano véniet, & sanctus de monte umbróso & condénso. *ψ*. Opéruit cælos maiéstas eius: & laudis eius plena est terra.

Acabado el Tracto, el Sacerdote estandose al lado de la Epistola dice, *Orémus.* el Diacono, *Flectâmus gènuâ.* y el Subdiacono, *Leuâte.*

Oracion.

DEus, à quo & Iudas reátus sui pœnam, & confessiônis suæ latro præmium sumpsit: concêde nobis tuæ propitiatiônis efféctum:

vt sicut in passióne sua Iesus Christus Dóminus noster diuérfa vtrísque íntulit stipéndia meritórum; ita nobis, abláto vetustâti erroré, resurrectiônis suæ grátiam largiâtur. Qui tecum viuit & regnat.

El Subdiacono en tono de Epístola sin titulo ninguno canta la Leccion que se sigue. *Exod. 12.*

IN diébus illis : Dixit Dóminus ad Móysen & Aaron in Terra Ægypti : Mensis iste, vobis princípium ménsium: primus erit in ménsibus anni. Loquímini ad vniuersum coetum filiôrum Israël, & dícite eis: Décima die mensis huius tollat vnusquísque agnum per famílias & domos suas. Sin autem minor est númerus vt sufficere possit ad vescéndum agnum, assûmet vicînum suum, qui iunctus est dó-


dómuí suæ, iuxta númerum animârum quæ sufficere possunt ad esum agni. Erit autem agnus absque mácula, másculus, annículus: iuxta quem ritum tollétis & hœdum. Et seruábitis eum vsque ad quartamdecimam diem mensis huius: immolabítque eum vniuersa multitúdo filiôrum Israël ad vésperam. Et sument de sângvine eius, ac ponent super vtrúmque postem, & in superliminâribus domôrum, in quibus cómedent illum. Et edent carnes nocte illa assas igni, & ázymos panes cum lactúcis agréstibus. Non comedētis ex eo crudum quid, nec coctum aqua, sed tantum assum igni: caput cum pédibus eius & intestínis vorábitis. Nec remanêbit quidquam ex eo vsque manè. Si

quid resíduum fúerit , igne com-
burêtis. Sic autem comedêtis il-
lum : Renes vestros accingêtis, &
calceamênta habébitis in pédibus,
tenêntes báculos in mânibus , &
comedêtis festinânter : est enim
Phase (id est tránsitus) Dómini.

Tracto. Eripe me Dómine ab
hómine malo : à viro iníquo líbe-
ra me. *v̄*. Qui cogitauerunt malí-
tias in corde : tota die constitué-
bant prælia . *v̄*. Acuérunt linguas
suas sicut serpêntis: venênum áspi-
dum sub labijs eórum. *v̄*. Custó-
di me Dómine de manu peccatô-
ris: & ab homínibus iníquis líbe-
ra me. *v̄*. Qui cogitauerunt sup-
plantâre gressus meos: abscondé-
runt supérbi láqueum mihi. *v̄*. Et
funes extendérunt in láqueum pé-
dibus meis : iuxta iter scándalum
posué-

posuérunt mihi. *ŷ.* Dixi Dómino, Deus meus es tu : exáudi Dómine vocem oratiónis meæ. *ŷ.* Dómine Dómine virtus salútis meæ, obúmbra caput meum in die belli. *ŷ.* Ne tradas me à desiderio meo peccatóri : cogitauerunt aduérſus me : ne derelinquas me, ne vinqvam exalténtur. *ŷ.* Caput circúitus eórum : labor labiôrum ipsórum opériet eos. *ŷ.* Verúntamen iusti confitebúntur nómini tuo : & habitábunt recti cum vultu tuo.

Acabado el Tracto, se canta la Passion en vn facistol sin ornato ninguno ; y el Sacerdote le leerá en baja voz, estandose al lado de la Epistola.



P A S S I O
 DOMINI NOSTRI
 IESV CHRISTI
 secúndum Ioánnem.

Cap. 18. *et* 19.



N illo tēpore: Egrē-
 sus est Iesus cum disci-
 pulis suis trans torrēn-
 tem Cedron, vbi erat
 hortus, in quem introiuit ipse, &
 discipuli eius. Sciēbat autem &
 Iudas, qui tradēbat eum, locum:
 quia frequēter Iesus conuēnerat
 illuc cum discipulis suis. Iudas
 ergo cū accepisset cohōrtē, &
 à Pontificibus & Pharisæis miní-
 stros, venit illuc cum latēnis,
 & fācibus, & armis. Iesus itaque
 sciens ómnia, quæ ventūra erant

X 5

super

super eum, processit, & dixit eis:
✠ Quem queritis? C Responderunt ei: s Iesum Nazarenum. C Dicit eis Iesus: ✠ Ego sum C Stabat autem & Iudas, qui tradebat eum, cum ipsis. Ut ergo dixit eis: Ego sum: abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram. Iterum ergo interrogavit eos: ✠ Quem queritis? C Illi autem dixerunt: s Iesum Nazarenum. C Respondit Iesus: ✠ Dixi vobis, quia ego sum: si ergo me queritis, sinite hos abire. C Ut impleretur sermo, quem dixit: Quia quos dedisti mihi, non perdidisti ex eis quemquam. Simon ergo Petrus habens gladium eduxit eum: & percussit Pontificis servum: & abscidit auriculam eius dexteram. Erat autem nomen servo Malchus. Dixit ergo

ergo Iesus Petro : ✠ Mitte gládium tuum in vagînam. Cálicem, quem dedit mihi Pater, nón bibam illum? ^c Cohors ergo, & tribûnus, & minístri Iudæôrum comprehendérunt Iesum, & ligauerunt eum : & adduxérunt eum ad Annam primùm; erat enim socer Cáiphæ, qui erat Póntifex anni illius. Erat autem Cáiphas, qui consílium déderat Iudæis : Quia expedit, vnum hóminem mori pro pópulo. Sequebâtur autem Iesum Simon Petrus, & álius discípulus. Discípulus autem ille erat notus Pontífici, & introiuit cum Iesu in átrium Pontíficis. Petrus autem stabat ad óstium foris. Exiuit ergo discípulus álius, qui erat notus Pontífici, & dixit ostiáriæ, & introduxit Petrum. Dicit ergo Pe-

tro ancilla ostiaria : s Numquid
 & tu ex discipulis es hominis
 istius ? c Dicit ille : s Non sum.
 c Stabant autem serui & ministri
 ad prunas , quia frigus erat , & ca-
 lefaciebant se : erat autem cum
 eis & Petrus stans , & calefaciens
 se. Pontifex ergo interrogauit Ie-
 sum de discipulis suis , & de do-
 ctrina eius . Respondit ei Iesus :
 ✠ Ego palam locutus sum mun-
 do : ego semper docui in synagoga
 , & in templo , quò omnes Iu-
 daei conueniunt : & in occulto lo-
 cutus sum nihil . Quid me inter-
 rogas ? interroga eos , qui audie-
 runt quid locutus sim ipsis : ecce
 hi sciunt , quæ dixerim ego . c Hæc
 autem cum dixisset , vnus assistens
 ministrorum dedit alapam Iesu ,
 dicens : s Sic respondes Pontifi-
 ci?

ei ? C Respóndit ei Iesus : ✠ Si
 malè locûtus sum , testimónium
 pérhibe de malo : si autem benè,
 quid me cædis ? C Et misit eum
 Annas ligâtum ad Cáipham Pon-
 tíficem. Erat autem Simon Pe-
 trus stans, & calefáciens se. Dixé-
 runt ergo ei : s Numquid & tu
 ex discípulis eius es ? C Negâuit
 ille , & dixit : s Non sum. C Di-
 cit ei vnus ex seruis Pontíficis,
 cognâtus eius, cuius abscîdit Pe-
 trus aurículam : s Nónne ego te
 vidi in horto cum illo ? C Iterùm
 ergo negâuit Petrus : & statim
 gallus cantâuit. Addúcunt ergo
 Iesum à Cáipha in prætorium.
 Erat autem manè : & ipsi non in-
 troiérunt in prætorium , vt non
 contaminaréntur , sed vt mandu-
 cárent pascha. Exiuit ergo Pilâtus
 ad

ad eos foras, & dixit: s Quam accusatiōnem affertis aduersus hōminem hunc? c Respondērunt, & dixerunt ei: s Si non esset hic malefāctor, non tibi tradidissēmus eum. c Dixit ergo eis Pilātus: s Accípite eum vos, & secūndūm legem veſtram iudicāte eum. c Dixerunt ergo ei Iudæi: s Nobis non licet interficere quemquam. c Vt sermo Iesu implerētur, quem dixit, significans qua morte esset moritūrus. Introiuit ergo iterūm in prætōrium Pilātus, & vocāuit Iesum, & dixit ei: s Tu es Rex Iudæōrum? c Respōndit Iesus: ✠ A temetípso hoc dicis, an alij dixerunt tibi de me? c Respōndit Pilātus: s Numquid ego Iudæus sum? Gens tua, & Pontífices tradidērunt te mihi: quid fecisti?

fecisti? c Respondit Iesus: ✠ Re-
 gnum meum non est de hoc mun-
 do. Si ex hoc mundo esset regnum
 meum, ministri mei utique de-
 certarent vt non traderer Iudæis:
 nunc autem regnum meum non
 est hinc. c Dixit itaque ei Pilâ-
 tus: s Ergo Rex es tu? c Respon-
 dit Iesus: ✠ Tu dicis quia Rex
 sum ego. Ego in hoc natus sum,
 & ad hoc veni in mundum, vt te-
 stimonium perhibeam veritati:
 omnis qui est ex veritate, audit
 vocem meam, c Dicit ei Pilâtus:
 s Quid est veritas? c Et cum hoc
 dixisset, iterum exiuit ad Iudæos,
 & dicit eis: s Ego nullam inue-
 nio in eo causam. Est autem con-
 suetudo vobis vt vnum dimittam
 vobis in Pascha: vultis ergo di-
 mittam vobis Regem Iudæorum?

c Cla-

c Clamauerunt ergo rursus omnes, dicentes: s Non hunc, sed Barabbam. c Erat autem Barabbas latro. Tunc ergo apprehendit Pilatus Iesum, & flagellauit. Et milites plectentes coronam de spinis imposuerunt capiti eius: & veste purpurea circumdederunt eum. Et veniebant ad eum, & dicebant: s Aue Rex Iudaeorum. c Et dabant ei alapas. Exiit ergo iterum Pilatus foras, & dicit eis: s Ecce adduco vobis eum foras, ut cognoscatis quia nullam inuenio in eo causam. c (Exiit ergo Iesus portans coronam spineam, & purpureum vestimentum.) Et dicit eis: s Ecce homo. c Cum ergo vidissent eum Pontifices, & ministri, clamabant, dicentes: s Crucifige, crucifige eum. c Dicit

cit eis Pilâtus: s Accípite eum vos,
 & crucifígite: ego enim non in-
 uénio in eo causam. C Respondé-
 runt ei Iudæi: s Nos legem habê-
 mus, & secúndùm legem debet
 mori, quia Fílium Dei se fecit.
 C Cùm ergo audíffet Pilâtus hunc
 fermônem, magis tímuit. Et in-
 gréssus est prætóríum íterùm: &
 dixit ad Iesum: s Vnde es tu?
 C Iesus autem respónsum non de-
 dit ei. Dicit ergo ei Pilâtus: s Mi-
 hi non lóqueris? nescis quia pote-
 stâtem hábeo crucifígere te, &
 potestâtem hábeo dimíttere te?
 C Respóndit Iesus: ✠ Non ha-
 béres potestâtem aduérsum me
 vllam, nisi tibi datum esset desu-
 per. Proptéreà qui me trádedit ti-
 bi, maius peccâtum habet. C Et
 exínde quærébat Pilâtus dimítte-

re eum. Iudæi autem clamabant, dicentes : s Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris. Omnis enim qui se regem facit, contradicit Cæfari. c Pilâus autem cùm audisset hos sermões, adduxit foras Iesum, & sedit pro tribunáli, in loco qui dicitur Lithóstrotos, Hebráicè autem Gábbatha. Erat autem Parascéue Paschæ, hora quasi sexta, & dicit Iudæis : s Ecce Rex vester. c Illi autem clamabant : s Tolle, tolle, crucifige eum. c Dicit eis Pilâus : s Regem vestrum crucifigam? c Respondérunt Pontífices: s Non habemus regem, nisi Cæfarem. c Tunc ergo tradidit eis illum vt crucifigeretur. Susceperunt autem Iesum, & eduxerunt. Et baiúlans sibi crucem, exiuit in eum, qui dici-

dicitur Caluária, locum, Hébraicè autem Gólgotha : vbi crucifixerunt eum, & cum eo álios duos, hinc & hinc, médium autem Iesum. Scripsit autem & título Pi-
 lâtus : & pòsuit super crucem. Erat autem scriptum : Iesus Nazarênus , Rex Iudæôrum. Hunc ergo título multi Iudæôrum legérunt : quia prope ciuitâtem erat locus, vbi crucifixus est Iesus. Et erat scriptum Hebráicè, Græcè, & Latínè. Dicébant ergo Piláto Pontífices Iudæôrum: s Noli scribere, Rex Iudæôrum : sed quia ipse dixit : Rex sum Iudæôrum.
 c Respóndit Pilâtus : s Quod scripsi, scripsi. c Míletes ergo cum crucifixíssent eum, accepérunt vestiménta eius (& fecérunt quatuor partes: vnicuîque míliti partem)

tem) & tunicam. Erat autem tunica inconsutilis, desuper contexta per totum. Dixerunt ergo ad inuicem : s Non scindamus eam, sed sortiâmur de illa cuius sit. c Ut Scriptûra impleretur, dicens: Partiti sunt vestimenta mea sibi : & in vestem meam miserunt fortem. Et milites quidem hæc fecerunt. Stabant autem iuxta crucem Iesu mater eius, & soror matris eius Mariâ Cléophæ & Mariâ Magdaléne. Cùm vidisset ergo Iesus matrem, & discipulum stantem, quem diligebat, dicit matri suæ : ✠ Mulier, ecce filius tuus. c Deinde dicit discipulo : ✠ Ecce mater tua. c Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua. Postea sciens Iesus quia omnia consummata sunt, vt consummareretur Scriptû-

ra, dixit: ✠ Sítio. c Vas ergo erat
 pósito acéto plenum. Illi autem
 spóngiam plenam acéto, hyssópo
 circumponéntes, obrulérunt ori
 eius. Cùm ergo accepísset Iesus
 acétum, dixit: ✠ Consummátum
 est. c Et inclináto cápite trádedit
 spíritum. [Hincase de rodillas, y
 haze vna breue pausa.] Iudæi er-
 go (quóniam Parasceúe erat) vt
 non remanérent in cruce córpora
 sábbato (erat enim magnus dies
 ille sábbati) rogauérunt Pilátum
 vt frangeréntur eórum crura, &
 tolleréntur. Venérunt ergo míli-
 tes : & primi quidem fregérunt
 crura, & altérius qui crucifíxus est
 eum eo. Ad Iesum autem cùm ve-
 níssent, vt vidérunt eum iam mórt-
 uum, non fregérunt eius crura:
 sed vnus mílitum láncea latus eius

342 Viernes Santo,
aperuit, & continuò exiuit san-
guis & aqua. Et qui vidit, testi-
mónium perhibuit: & verum est
testimónium eius. Et ille scit quia
vera dicit: vt & vos credâtis. Fa-
cta sunt enim hæc, vt Scriptûra
impleretur: Os non comminuetis
ex eo. Et iterum alia Scriptû-
ra dicit: Vidébunt in quem trans-
fixerunt.

Lo que sigue se a de leer en to-
no de Euangelio: y se a de decir,
Munda cor meum. pero no se a
de pedir Bendicion, ni se lleuan ci-
riales ni incienso, y el Sacerdote al
fin no a de besar el libro.

Post hæc autem rogâuit Pilâ-
tum Ioseph ab Arimathæa,
(eò quòd esset discipulus Iesu, oc-
cûltus autem propter metum Iu-
dæorum) vt tólleret corpus Iesu.
Et

Et permîsit Pilâtus. Venit ergo, & tulit corpus Iesu. Venit autem & Nicodêmus, qui vénerat ad Iesum nocte primùm, ferens mixturam myrrhæ & aloës, quasi libras centum. Accepérunt ergo corpus Iesu, & ligauérunt illud línteis cum aromátibus, sicut mos est Iudæis, sepelîre. Erat autem in loco, vbi crucifíxus est, hortus: & in horto monuméntum nouum, in quo nondum quisquam pósito erat. Ibi ergo propter Parascéuen Iudæórum, quia iuxtà erat monuméntum, posuérunt Iesum.

Luego el Sacerdote, estandose al lado de la Epistola, en pieça absolutamente.

O Rêmus, dilectíssimi nobis, pro Ecclésia sancta Dei: vt

eam Deus & Dóminus noster pacificâre, adunâre, & custodîre dignêtur toto orbe terrârûm; subiiciens ei principâtus, & potestâtes: detque nobis quiêtam & tranquíl- lam vitam degéntibus, glorificâre Deum Patrem omnipoténtem.

Orémus. el Diacono. Flectâmus génuâ, el Subdiacono. Leuâte.

La Oracion se canta en el tono que se suele en las Missas feriales: y esto modo de cantar se a de obseruar en las Coletas que se figuen.

OMnípotens sempitérne Deus, qui glóriam tuam ómnibus in Christo géntibus reuelásti: custódi ópera misericórdiæ tuæ: vt Ecclésia tua toto orbe diffûsa, stá- bili fide in confessiône tui nóminis perseuêret. Per eúndem Dómi- num. R. Amen.

O ré-

O Rêmus & pro beatissimo Pa-
pa nostro N. vt Deus & Dó-
minus noster, qui elêgit eum in
órdine Episcopâtus, saluum atque
incólumem custódiat Ecclesię suæ
sanctæ, ad regéndum pópulum
sanctum Dei.

O rêmus. Flectâmus gēnuā.

R. Leuâte.

O Mnípotens sempitérne Deus,
cuius iudício vniuersa fun-
dântur: réspice propítius ad pre-
ces nostras, & eléctum nobis An-
tístitem tua pietâte conserua; vt
Christiána plebs, quæ te gubernâ-
tur auctóre, sub tanto Pontífice,
credulitátis suæ méritis augeâtur.
Per Dóminum. R. Amen.

O Rêmus & pro ómnibus Epí-
scopis, Presbyteris, Diacó-
nibus, Subdiacónibus, Acóly-
this,

this, exorcístis, lectóribus, ostiá-
riis, confessóribus, virgínibus,
víduis; & pro omni pópulo san-
cto Dei.

O rêmus. Flectâmus génuâ.

R. Leuâte.

OMnípotens sempitérne Deus,
cuius spírítu totum corpus
Ecclésiæ sanctificâtur & régitur:
exáudi nos pro vniuersis ordíni-
bus supplicâtes; vt grátia tuæ
múnere, ab ómnibus tibi grádi-
bus fidéliter seruiâtur. Per Dómi-
num nostrum. R. Amen.

ORêmus & pro Christianíssi-
mo [Si no es coronado, di-
gase, elécto Imperatôre] Impera-
tôre nostro N. vt Deus & Dó-
minus noster súbditas illi fáciat
omnes bárbaras natiónes, ad no-
stram perpétuam pacem.

O rê-

Oremus. Flectamus genua.

R. Leuate.

OMnípotens sempitérne Deus, in cuius manu sunt ómnium potestates, & ómnium iura regnórum: réspice ad Románum benígnus Impérium; vt gentes, quæ in sua feritâte confidunt, poténtiæ tuæ dextera comprimántur. Per Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum.

R. Amen.

ORemus & pro catechúmenis nostris: vt Deus & Dóminus noster adaperiat aures præcordiôrum ipsórum, ianuámque misericórdiæ; vt per lauácrum regeneratiónis accépta remissióne ómnium peccatórum, & ipsi inueniántur in Christo Iesu Dómino nostro.

Ore-

Orêmus. Flectâmus gënuâ.
R̄. Leuâte.

OMnîpotens sempitërne Deus,
qui Ecclësiã tuã noua sem-
per prole fecúndas: auge fidem &
intellëctum catechúmenis nostris;
vt renãti fonte baptísimatis, ado-
ptiõnis tuæ fíliis aggregéntur. Per
Dóminum nostrum. R̄. Amen.

ORêmus, dilectíssimi nobis,
Deum Patrem omnipotén-
tem, vt cunctis mundum purget
erróribus: morbos áuferat: famem
depéllat: apériat cárceres: víncula
dissóluat: peregrinãtibus réditum,
infirmãntibus sanitãtem, nauigãn-
tibus portum salûtis indúlgeat.

Orêmus. Flectâmus gënuâ.
R̄. Leuâte.

OMnîpotens sempitërne Deus,
mœstórum consolãtio, labo-
rãntium

rántium fortitúdo: peruéniant ad te preces de quacúmque tribulatióne clamántium; vt omnes sibi in necessitatibus suis misericórdiam tuam gáudeant adfuísse. Per Dóminum nostrum. *R.* Amen.

O Rêmus & pro hæreticis & schismáticis: vt Deus & Dóminus noster éruat eos ab erróribus vniuérsis; & ad sanctam matrem Ecclesiám cathólicam atque Apostólicam reuocâre dignêtur.

O rêmus. Flectâmus gênuâ.
R. Leuâte.

O Mnípotens sempitérne Deus, qui saluas omnes, & nêminem vis perîre: respice ad ânimas diabólica fraude decéptas; vt omni hæretica prauitâte depósita, errántium corda resipíscent, & ad veritâtis tuæ rédeant vnitâtem.

tâtem. Per Dóminum nostrum.
Rz. Amen.

O Rêmus & pro pèrfidis Iudæis : vt Deus & Dóminus noster áuferat velâmen de córdibus eórum ; vt & ipsi agnóscant Iesum Christum Dñm nostrum. No se responde Amen. sino inmediatamente se profigue diciendo:

O Mnípotens sempitérne Deus, qui étiam Iudáicam perfídiam à tua misericórdia non repéllis: exáudi preces nostras, quas pro illíus pópuli obcæcatiône deférimus ; vt ágnita veritâtis tuæ luce, quæ Christus est, à suis ténebris eruántur. Per eúndem Dóminum. Rz. Amen.

O Rêmus & pro pagánis : vt Deus omnípotens áuferat iniquitâtem à córdibus eórum ; vt
relictis

relictis idólis suis, conuertántur ad Deum viuum & verum, & únicum Fílium eius Iesum Christum Deum & Dóminum nostrum.

O rémus. Flectámus génuá.
R. Leuáte.

OMnípotens sempitérne Deus, qui non mortem peccatórum, sed vitam semper inquáris: súscipé propítius oratióne[m] nostram: & líbera eos ab idolórum cultúra; & ágrega Ecclésiæ tuæ sanctæ, ad laudem & glóriam nóminis tui. Per Dóminum nostrum.
R. Amen.

¶ Acabadas estas Oraciones, se quita la casulla el Sacerdote, y pasando al lado de la Epístola recibe de mano del Diacono la Cruz (que a de estar ya aparejada en el Altar) y vuelto el rostro al pueblo, la
enpieça

enpieça a descubrir por la parte de arriba, y entona la Antifona, *E cce lignum Crucis.* y despues, en todo lo demas cantan con el los Ministros hasta el *Venîte adorêmus.* Mientras el Coro canta el *Venîte adorêmus,* todos se an de postrar, excepto el Sacerdote que celebra.

Despues llega al angulo del lado de la Epistola, y descubriendola el braço derecho, la leuanta vn poco, y en tono vn poco mas alto que al principio dice, *E cce lignum Crucis.* iran los demas cantando y adorandola como acabamos de decir. Luego el Sacerdote se pasa al medio del Altar, y descubriendo la Cruz de todo punto, y leuandola, mas alto enpieça, *E cce lignum Crucis.* los demas cantan y la adoran como antes. *E cce lignum*

lignum Crucis, in quo salus mundi pependit. El Coro responde Venite adorêmus.

Luego el Sacerdote solo lleva la Cruz, y de rodillas la pone en vn lugar que a de estar preparado delante del Altar mayor: y despues descalzo la adora, hincandose tres vezes de rodillas antes de besarla. Hecho esto, se vuelue, calza y toma la casulla. Adoran la Cruz despues del Sacerdote los Ministros del Altar, y despues dellos el Clero, y los legos, todos de dos en dos: todos la besan despues de auer hincado tres vezes las rodillas. Mientras se adora la Cruz, se cantan los versos que se siguen, o de ellos lo que fuere bastante: y será de este modo.

Dos Cantores en medio del

Z

Coro

Coro cantan ψ . Pópule meus. hasta el Agios ò theós.

ψ . Pópule meus, quid feci tibi? aut in quo contristáui te? respón-
de mihi. ψ . Quia edúxi te de terra
Ægypti: parásti crucem Salua-
tori tuo.

Vn coro canta, Agios ò theós.
El otro coro responde, Sanctus
Deus.

El primer coro. Agios íschy-
ros.

El segundo coro. Sanctus fortis.

El primer coro. Agios athána-
tos eléíson imas.

El secundo coro. Sanctus im-
mortális miserêre nobis.

Luego dos del segundo coro
cantan ψ . Quia edúxi te per de-
sertum quadraginta annis; & man-
na cibáui te, & introduxi te in
ter-

terram satis bonam, parásti crucem Saluatori tuo.

Responden los coros alternativamente, **Agios ò theós, &c. Sanctus Deus, &c.** de suerte que el primer coro siempre repita, **Agios.**

Luego dos del primer Coro cantan y. **Quid vltra debui facere tibi, & non feci? Ego quidem plantavi te vineam meam speciosissimam: & tu facta es mihi nimis amara: aceto namque sitim meam potasti: & lancea perforasti latus Saluatori tuo.**

Los Coros responden alternativamente, **Agios ò theós, y Sanctus Deus, &c.**

¶ Los versos que se figuen, los van cantando alternativamente dos cantores; y repiten juntos los

dos coros despues de cada verso.
 Pópule meus. hasta, **Quia edúxi**
 te de terra Ægypti.

Dos del segundo coro cantan
 y. Ego propter te flagelláui Ægy-
 ptum cum primogénitis suis: & tu
 me flagellátum tradidísti.

Repite el Coro. Pópule meus,
 quid feci tibi? aut in quo contristá-
 ui te? respónde mihi.

Dos del primer coro. y. Ego
 edúxi te de Ægypto; deméiso
 Pharaone in Mare rubrum: & tu
 me tradidísti princípibus sacer-
 dótum.

El Coro. Pópule meus, quid fe-
 ci tibi? aut in quo contristáui te?
 respónde mihi.

Dos del segundo coro. y. Ego
 ante te apéruí mare: & tu aperuí-
 sti lancea latus meum.

El Coro. Pópule meus, quid feci tibi? aut in quo contristáui te? respónde mihi.

Dos del primer coro. *ψ*. Ego ante te præiui in columna nubis: & tu me duxísti ad prætóríum Piláti.

El Coro. Pópule meus, quid feci tibi? aut in quo contristáui te? respónde mihi.

Dos del segundo coro. *ψ*. Ego te pavi manna per desértum: & tu me cecidísti álapis & flagéllis.

El Coro. Pópule meus, quid feci tibi? aut in quo contristáui te? respónde mihi.

Dos del primer coro. *ψ*. Ego te potáui aqua salútis de petra: & tu me potásti felle & acéto.

El Coro. Pópule meus, quid feci tibi? aut in quo contristáui te? respónde mihi.

Dos del segundo coro. ψ . Ego propter te Chananæorum reges percússi: & tu percussísti arúndine caput meum.

El Coro. Pópule meus, quid feci tibi? aut in quo contristáui te? respónde mihi.

Dos del primer coro. ψ . Ego dedi tibi sceptrum regále: & tu dedísti cápiti meo spineã corônã.

El Coro. Pópule meus, quid feci tibi? aut in quo contristáui te? respónde mihi.

Dos del segundo coro. ψ . Ego te exaltáui magna virtúte: & tu me suspendísti in patíbulo crucis.

El Coro. Pópule meus, quid feci tibi? aut in quo contristáui te? respónde mihi.

Luego todos cantan esta Antifona. Crucem tuam adorâmus
Dómi-

Viernes Santo.

Dómine: & sanctam resurrectionem tuam laudâmus, & glorificâmus: ecce enim propter lignum venit gáudium in vniuerso mundo.

Salmo. Deus misereâtur nostri, & benedicat nobis: illúminet vultum suum super nos, & misereâtur nostri.

Y repitese inmediatamente la Antifona. **Crucem tuam.**

Cantase despues el y. **Cruz fidêlis.** con el Hymno, **Pange lingua gloriósi.** y despues de cada verso se repite. **Cruz fidêlis. o, Dulce lignum.** del modo que se pondrá despues.

Cruz fidêlis, inter omnes arbor vna nóbilis: nulla silua talem profert, fronde, flore, gérmine. Dulce lignum, dulces clauos, dulce pondus sústinet.

Z 4

Hym-

Viernes Santo.

Hymno. Pange lingua gloriósi
láuream certáminis, & super Cru-
cis trophæo dic triumphum nó-
bilem: quáliter Redemptor orbis
immolátus vicerit.

Repitese, Crux fidélis, inter
omnes arbor vna nóbilis: nulla
silua talem profert, fronde, flore,
gérmine.

v. De paréntis protoplásti frau-
de Factor cóndolens, quando po-
mi noxiâlis in necem morfu ruit:
ipse lignum tunc notâuit, damna
ligni vt sólueret.

Repitese, Dulce lignum, dulces
clauos, dulce pondus sústinet.

v. Hoc opus nostræ salútis or-
do depopóscerat; multifórmis pro-
ditôris ars vt artem fálleret; & me-
delam ferret inde, hostis vnde
læserat.

Repi-

Repitese, Crux fidêlis, inter
omnes arbor vna nôbilis: nulla
filua talem profert, fronde, flore,
gêrmine.

v. Quando venit ergo facti
plenitûdo tēporis, missus est ab
arce Patris Natus, orbis Cōnditor:
atque ventre virgináli carne amí-
ctus pródiit.

Repitese, Dulce lignum, dulces
clauos, dulce pondus sústinet.

v. Vagit infans inter arcta cōn-
ditus præsepia: membra pannis
inuolûta virgo Mater álligat: &
Dei manus pedésque stricta cingit
fáscia.

Repitese, Crux fidêlis, inter
omnes arbor vna nôbilis: nulla
filua talem profert, fronde, flore,
gêrmine.

v. Lustra sex qui iam perêgit,
Z s tempus

tempus implens corporis, sponte
libera Redemptor passioni dedi-
tus, Agnus in Crucis leuatur im-
molandus stipite.

Repitese, Dulce lignum, dulces
clauos, dulce pondus sustinet.

ψ Felle potus ecce languet, spi-
na, clauis, lancea mite corpus perfo-
rarunt, vnda manat, & cruor: ter-
ra, pontus, astra, mundus, quo la-
uantur flumine!

Repitese, Crux fidelis, inter
omnes arbor vna nobilis: nulla
silua talem profert, fronde, flore,
germine.

ψ. Flecte ramos arbor alta, tensa
laxa viscera, & rigor lentescat il-
le, quem dedit natiuitas: & su-
perni membra Regis tende miti
stipite.

Repitese, Dulce lignum, dul-

ces

ces clauos, dulce pondus sústinet.

ŷ. Sola digna tu fuísti ferre mundi víctimam ; atque portum præparâre arca mundo náufrago, quam facer cruor perúnxit, fufus Agni córpore.

Repitese, Crux fidêlis, inter omnes arbor vna nóbilis : nûlla filua talem profert, fronde, flore, gérmine.

ŷ. Sempitérna fit beátæ Trinitáti glória, æqua Patri, Filiô-que, par decus Paráclito : Vnûs, Trinîque nomen laudet vniuérsitas. Amen.

Repitese, Dulce lignum, dulces clauos, dulce pondus sústinet.

¶ Poco antes que se acabó la adoracion de la Cruz, se an de encender las velas del Altar: y el Diacono, tomando la bolía de los corpo-

corporales, los estienda como suele
otras vezes, y pone junto a ellos el
purificador: y acabada la adora-
cion, toma la Cruz con reueren-
cia, y la trae al Altar. Luego se
van en Proceßion al Monumen-
to: primero el Subdiacono con
el Guion entre dos Acolitos, que
lleuarán candeleros con velas en-
cendidas: sigue el Clero de dos en
dos, y al fin el Sacerdote con los
demas Ministros. En llegando al
Monumento, se encenderán dos
hachas, y quedarán encendidas
hasta que se consume el Sacra-
mento. Llega el Sacerdote, y al
llegar se hinca de rodillas, y haze
breue oracion mientras que el Dia-
cono abre la custodia; luego el Sa-
cerdote se leuanta, y sin bendecir
el incienso le pone en el incensa-
rio

rio (la nauecilla la a de tener el Diacono) y de rodillas incensa al Sacramento. Luego el Diacono sacando el Caliz de la custodia se le pone en las manos al Sacerdote, y le cubre con los remates del ofertorio que tiene en los hombros; y con esto se vueluen con el mismo orden que vinieron. El Sacramento se lleva debaxo de palio: dos Acolitos le van continuamente incensando; y cantan todos Hymno.

V Exilla Regis prouident,
 Fulget Crucis mysterium,
 Qua vita mortem protulit,
 Et morte vitam protulit.
 Quæ vulnerata lanceæ
 Mucrone diro, criminum
 Vt nos lauaret sordibus,
 Manauit unda & sanguine.
 Implèta sunt, quæ concinit

David

David fidéli cármine,
Dicéndo natióñibus:
Regnâuit à ligno Deus.

A rbor decôra, & fúlgida,
Omâta Regis púrpora,
Elécta digno stípite
Tam sancta membra tángere.

B eata, cuius bráchijs
Prétium pepéndit sæculi,
Statêra facta córporis,
Tulítque prædam tártari.

O Cruce aue spes única,
Hoc Passiônis témpore
Pijs adáuge grátiam,
Reísque dele crímina.

T e fons salútis Trínitas
Colláudet omnis spíritus:
Quibus Crucis victóriam
Largiris, adde præmium. Amé.

En Hegando al Altar, pondrá en
el el Caliz y se arrodillará el Sacer-
dote,

dote, y le incensará. Luego se levantará y sacará la Hostia, y la pondrá en la pátina que a de tener el Diacono: y recibiendo la de mano del Diacono, pondrá la Hostia en el Corporal, sin decir nada. Si vbiere tocado el Sacramento con sus dedos, la ueselos en vna fuente aparte. Mientras tanto el Diacono prepare el Caliz con vino, y el Subdiacono pondrá el agua, sin que el Sacerdote la bendiga, ni diga las Oraciones que se suelen. El Sacerdote tomará el Caliz de mano del Diacono, y le pondrá sobre el Altar sin decir nada. El Diacono le cubre con la ixuela. Luego pone incienso en el incensario sin bendecirle, y incensa la ofrenda y el Altar como otras vezes, arrodillandose al principio, al fin, y siempre que pase delan-

te del Santissimo Sacramento.

Mientras incienfa, dice:

Incensum istud à te benedictum,
ascendat ad te Domine, & de-
scendat super nos misericordia tua.

Al incensar el Altar, dice:

Dirigatur Domine oratio mea,
sicut incensum in conspectu
tuo: eleuatio manuum mearum sa-
crificium vespertinum. Pone Do-
mine custodiam ori meo, & ostium
circumstantiæ labijs meis: vt non
declinet cor meum in verba maliti-
æ, ad excusandas excusationes in
peccatis.

Quando le da al Diacono el
incensario, dice:

Ascendat in nobis Dominus
ignem sui amoris, & flam-
mam æternæ charitatis, Amen.

No le incientan al Sacerdote.

Al

Al lado de la Epistola se lava como otras vezes, sin decir palabra: despues se inclina en medio del Altar, y juntas las manos, dice asi.

IN spírítu humilitâtis, & in ánimo contríto suscipiâmur à te, Dómine: & sic fiat sacrificium nostrum in conspéctu tuo hódie, vt pláceat tibi, Dómine Deus.

Luego se vuelue al pueblo al lado del Euangelio, diciendo:

ORâte fratres, vt meum ac vestrum sacrificium acceptábile fiat apud Deum Patrem omnipoténtem.

Vueluese por el mismo camino sin dar vuelta entera, y dexando todo lo demas, enpieça:

ORêmus. Præcéptis salutáribus móniti, & diuína institutione formáti, audêmus dicere:

A a

P ater

Pater noster, qui es in cælis: sanctificetur nomen tuum: adueniat regnum tuum: fiat volúntas tua, sicut in cælo, & in terra. Panem nostrum quotidiânum da nobis hódie: Et dimítte nobis débita nostra, sicut & nos dimíttimus débitóribus nostris. Et ne nos indúcas in tentatiónem. *R.* Sed líbera nos à malo.

Dice el Sacerdote Amen pafo: y luego en la misma voz que dixo el Pater noster. absolutamente sin decir Orémus, en el tono que se dicen las Coletas los dias feriales, dice:

Libera nòs, quæsumus Dómine, ab ómnibus malis, præteritis, præsentibus, & futúris: & intercedénte beáta & gloriósa semper vírgine Dei genitríce María,
cum

cum beáteis Apóstolis tuis Petro & Paulo , atque Andréa, & ómnibus Sanctis, da propítius pacem in diêbus nostris : vt ope misericórdiæ tuæ adiúti, & à peccáto simus semper líberi, & ab omni perturbatióne secúri. Per eúndem Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum : Qui tecum viuit & regnat in vnitáte Spíritus sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. R. Amen.

¶ Luego el Sacerdote con vna profunda reuerencia, pone la patena debaxo del Sacramento, y tomandole en la mano derecha, le alça, paraque el pueblo le vea mejor: y poniéndole sobre el Caliz, le diuide en tres partes, y la vltima la hecha en el Caliz, però sin decir nada. Pax Dómini, no se dice, ni

tampoco Agnus Dei, ni se dá ofeu-
lo de paz. Luego dexando las dos
primeras Oraciones, dice folo:

Percéptio Córporis tui, Dómi-
ne Iesu Chrifte, quod ego in-
dígnum sũmere præsumo, non mi-
hi prouéniat in iudícium & con-
demnatiõnem: sed pro tua pietãte
profit mihi ad tutaméntum men-
tis & córporis, & ad medêlam per-
cipiéndam. Qui uiuis & regnas
cum Dêo Patre in vnitãte Spíri-
tus sancti Deus, per ómnia sæcula
sæculõrum. Amen.

Arrodillase, y luego toma la pa-
tena con la Hostia, y con gran hu-
mildad y reuerencia diga: **P**anem
cæléstem accípiam, & nomen
Dómini inuocãbo.

Dase tres golpes de pechos, y dice:
Dõmine non sum dignus, vt intres
sub

sub tectum meum: sed tantum dic
verbo & sanabitur anima mea.

Despues hazese la señal de la
Cruz con el mismo Sacramento, y
dice: Còrpus Dómini nostri Iesu
Christi custódiat ánimam meam
in vitam ætérnam. Amen.

Y con esto le recibe con toda
reuerencia.

Despues, dexando todo lo que se
suele decir otras vezes para tomar
el Sangre, inmediatamente toma
el vino con la particula de la Ho-
stia, que en el estaua: y lauandose
los dedos, como se suele hazer, to-
mará las purificaciones en medio
del Altar: y luego inclinado, juntas
las manos, dirá: Quod ore sumpsi-
mus Dómine, pura mente capiâ-
mus: & de múnere temporáli fiat
nobis remédium sempitérnum.

No se dice, *Corpus tuum Dómine*, no ay Poscomunión, ni se dice, *Pláceat tibi*, ni se hecha la Bendición. Hace reuerencia al Altar el Sacerdote y Ministros, y desta manera se van. Entouanse las Visperas sin canto, y se desnudan los Altares.

A las Visperas se dicen las Antifonas y Salmos que ahier, sin canto.

Al Magnificat, Antifona.

Cùm accepisset acêtum, dixit: Consummâtum est: & inclinâto cãpite emîsit spírítum. y. Christus factus est pro nobis obédiens usque ad mortem, mortem autem crucis. Pater noster. pafó. Salmo, Miserêre mei 171. Oracion.

R Espice, quæsumus Dómine, super hanc famíliam tuam, pro qua Dóminus noster Iesus Chri-

Sabado Santo, a Maytines. 375
Christus non dubitauit manibus
tradi nocentium, & crucis subire
tormentum. Qui tecum uiuit.

A Completas como el Iueues
Santo. pag. 263. Y al fin el verso,
Christus factus est, y lo demas,
como arriba a las Visperas.

SABADO SANTO,

a Maytines.

Primer Noturno, Antifona.

In pace in idipsum, dormiam &
requiescam. Salmo 4.



Vm inuocarem, exau-
diuit me Deus iustitiae
meae: * in tribulatione
dilatasti mihi.

Miserere mei, * & exaudi orationem
meam.

Filij hominum usquequo graui
corde? * vt quid diligitis vanitatem,
& quaeritis mendacium?

376 Sabado Santo,
Et scitote quoniam mirificauit
Dominus sanctum suum: * Do-
minus exaudiet me, cum clamaue-
ro ad eum.

Inscimini, & nolite peccare: * quae
dicitis in cordibus vestris, in cubi-
libus vestris compungimini.

Sacrificate sacrificium iustitiae, &
sperate in Domino. * Multi dicunt:
Quis ostendit nobis bona?

Signatum est super nos lumen
vultus tui Domine: * dedisti laeti-
tiam in corde meo.

A fructu frumenti, vini, & olei
sui * multiplicati sunt.

In pace in idipsum * dormiam, &
requiescam;

Quoniam tu Domine singulari-
ter in spe * constituisti me.

Antifona. In pace in idipsum dor-
miam, & requiescam.

Antifona. Habitabit in tabernaculo tuo, requiescet in monte sancto tuo. Salmo 14.

Domine; quis habitabit in tabernaculo tuo? * aut quis requiescet in monte sancto tuo?

Qui ingreditur sine macula, * & operatur iustitiam:

Qui loquitur veritatem in corde suo, * qui non egit dolum in lingua sua:

Nec fecit proximo suo malum, * & opprobrium non accepit adversus proximos suos:

Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus: * timentes autem Dominum glorificat:

Qui iurat proximo suo, & non decipit: * qui pecuniam suam non dedit ad usuram, & munera super innocentem non accepit:

Qui facit hæc, * non mouébitur
in ætérnum.

Antifona. Habitâbit in taberná-
culo tuo, requiésctet in monte fan-
cto tuo.

Antifona. Caro mea requiésctet in
spe. Salmo 15.

Consérua me Dómine, quó-
niam speráui in te. * Dixi Dó-
mino: Deus meus es tu, quóniam
bonôrum meôrum non eges.

Sanctis, qui sunt in terra eius, *
mirificâuit omnes voluntâtes
meas in eis.

Multiplicátæ sunt infirmitâtes eô-
rum: * pósteà accelerauerunt.

Non congregâbo conuentícula
eôrum de sanguínibus: * nec me-
mor ero nóminum eôrum per lá-
bia mea.

Dóminus pars hereditâtis meæ,
&

& cálicis mei: * tu es, qui restítues hereditâtem meam mihi.

Funes cecidérunt mihi in præcláris: * étenim heréditas mea præclâra est mihi.

Benedîcam Dóminum, qui tríbuit mihi intelléctum: * insuper & vsque ad noctem increpuérunt me renes mei.

Prôuidêbam Dóminum in conspéctu meo semper: * quóniam à dextris est mihi, ne commóuear.

Propter hoc lætâtú est cor meum, & exultâuit lingua mea: * insuper & caro mea requiêscet in spe.

Quóniam non derelínques ánimam meam in inférno: * nec dabis sanctum tuum vidêre corruptionem.

Notas mihi fecísti vias vitæ, adimplêbis me lætítia cum vul-

380 Sabado Santo,
tuo: * delectationes in dextera tua
vsque in finem.

Antifona. Caro mea requiescet in
spe. v̄. In pace in idipsum. R̄. Dór-
miã & requiescã. Pater noster p̄aso.

De Lamentatione Ieremiæ
Prophætæ.

Leccion j. Cap. 3. c. Heth.

Misericordiae Domini quia
non sumus consumpti:
quia non defecerunt mi-
serationes eius.

Heth. Noui diluculo, multa est
fides tua.

Heth. Pars mea Dominus dixit
anima mea: propterea expecta-
bo eum.

Teth. Bonus est Dñs sperantibus
in eum, animæ quærenti illum.

Teth. Bonum est præstolari cum
silentio salutare Dei.

Teth.

Teth. Bonum est viro, cum portauerit iugum ab adolescentia sua.

Iod. Sedebit solitarius, & tacabit: quia leuauit super se.

Iod. Ponet in puluere os suum, si forte sit spes.

Iod. Dabit percutienti se maxillam, saturabitur opprobrijs.

Ierusalem, Ierusalem, conuertere ad Dominum Deum tuum.

Re. Sicut ouis ad occisionem ductus est, & dum male tractaretur, non aperuit os suum: traditus est ad mortem, * Ut uiuificaret populum suum. y. Tradidit in mortem animam suam, & inter sceleratos reputatus est. Ut uiuificaret.

Leccion ij. Cap. 4. Aleph.

Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus,

Sabado Santo,
 mus, dispersi sunt lapides sanctuarij
 in capite omnium platearum?
 Beth. Filij Sion inclyti, & amicti
 auro primo: quomodo reputati
 sunt in vasa testea, opus manuum
 figuli?

Ghimel. Sed & laminae nudauerunt
 mammam, lactauerunt catulos
 suos: filia populi mei crudelis,
 quasi struthio in deserto.

Daleth. Adhaesit lingua lactentis
 ad palatum eius in siti: paruuli
 petierunt panem, & non erat qui
 frangeret eis.

He. Qui vescebantur voluptuose,
 interierunt in viis: qui nutriebantur
 in croceis, amplexati sunt
 stercorea.

Vau. Et maior effecta est iniquitas
 filiae populi mei peccato Sodomorum,
 quae subuersa est in
 mo-

momento, & non ceperunt in ea manus.

Ierúsalem, Ierúsalem, conuértere ad Dóminum Deum tuum.

R. Ierúsalem surge, & exue te vestibus iucunditatis: induere cinere & cilicio, * Quia in te occisus est Saluator Israël. †. Deduc quasi torrentem lacrymas per diem & noctem, & non taceat pupilla oculi tui. Quia.

Incipit Oratio Ieremíæ Prophétæ.

Leccioni iij. Cap. 9.

Recordare Domine quid acciderit nobis: intuere, & respice opprobrium nostrum. Hereditas nostra versa est ad alienos; domus nostræ ad extraneos. Pupilli facti sumus absque patre, matres nostræ quasi viduæ. Aquam nostram pecunia bibimus: ligna nostra

stra pretio comparauimus. Cervicibus nostris minabamur, lassis non dabatur requies. Aegypto dedimus manum, & Assyrijs, ut saturarēmur pane. Patres nostri peccauerunt, & non sunt: & nos iniquitates eorum portauimus. Serui dominati sunt nostri: non fuit qui redimeret de manu eorum. In animabus nostris afferebamus panem nobis, à facie gladij in deserto. Pellis nostra quasi clibanus, exusta est à facie tempestatum famis. Mulieres in Sion humiliauerunt, & virgines in ciuitatibus Iuda.

Ierusalem, Ierusalem, conuertere ad Dñm Deum tuum.

Ps. Plange quasi virgo plebs mea: ~~vultate~~ pastores in cinere & cilicio: * Quia venit dies Dñi magna,

magna, & amara valdè. v̄. Accín-
gite vos facerdótes, & plángite mi-
nístri altâris, aspérgite vos cínere.
Quia. P lange.

Segundo Noturno, Antifona.
Eleuámini portæ æternáles, & in-
troíbit Rex glóriæ. Salmo 23.

Domini est terra, & plenitúdo
Deus; * orbis terrârum, & vni-
uérſi qui hábitant in eo.

Quia ipse super mária fundáuit
eum: * & super flúmina præpará-
uit eum.

Quis ascéndet in montem Dómi-
ni? * aut quis stabit in loco sancto
eius?

Innocens mánibus & mundo cor-
de, * qui non accêpit in vano áni-
mam suam, nec iuráuit in dolo
próximo suo.

Hic accípiet benedictiõnem a

B b

Dómi-

Sabado Santo,
Dómino: * & misericórdiam à
Deo salutári suo.

Hæc est generatio quærentium
cum, * quærentium faciē Dei Iacob.

A tollite portas principes vestras,
& eleuámini portæ æternáles: * &
introibit Rex glóriæ.

Quis est iste Rex glóriæ? * Dómi-
nus fortis & potens, Dóminus po-
tens in prælio.

A tollite portas principes vestras,
& eleuámini portæ æternáles: * &
introibit Rex glóriæ.

Quis est iste Rex glóriæ? * Dómi-
nus virtutum ipse est Rex glóriæ.

Antitona. Eleuámini portæ æter-
náles, & introibit Rex glóriæ.

Antit. Credo vidēre bona Dómi-
ni in terra viuētiū. Salmo 26.

Dominus illuminatio mea, &
salus mea, * quem timēbo?

Dómi-

D óminus protéctor vitæ meæ, * à
quo trepidâbo?

D um apprópíant super me no-
cêntes, * vt edant carnes meas:

Qui trîbulant me inimíci mei, *
ipsi infirmáti sunt, & cecidérunt.

S i consístant aduérsum me ca-
stra, * non timêbit cor meum.

S i exúrgat aduérsum me præ-
lium, * in hoc ego sperâbo.

V nam pétij à Dómino, hanc re-
quîram, * vt inhábitem in domo

Dñi ómnibus diêbus vitæ meæ:

Vt vídeam voluptâtem Dómini, *
& vísitam templum eius.

Quóniã abscondit me in taberná-
culo suo: * in die malôrum protéxit

me in abscondito tabernáculi sui.

In petra exaltâuit me : * & nunc

exaltâuit caput meum super ini-
micos meos.

Sabado Santo,
 Circuíui & immoláui in taber-
 náculo eius hóstiám vociferatiô-
 nis: * cantábo, & psalmum dicam
 Dómino.

Exáudi Dómine vocem meam,
 qua clamáui ad te: * miserêre mei,
 & exáudi me.

Tibi dixit cor meum, exquisiuit
 te fácies mea: * fáciem tuam Dó-
 mine requíram.

Ne auértas fáciem tuam à me: *
 ne declínes in ira à seruo tuo.

Adiûtor meus esto: * ne derelín-
 quas me, neque despicias me
 Deus salutâris meus.

Quóniam pater meus & mater
 mea dereliquerunt me: * Dómi-
 nus autem assúmpsit me.

Legem pone mihi Dómine in via
 tua: * & dirige me in sēmitam re-
 ctam propter inimicos meos.

Ne

Ne tradideris me in ánimas tribulántium me: * quóniam infur-
rexérunt in me testes iníqui, &
mentíta est iníquitas sibi.

Credo vidêre bona Dómini * in
terra viuéntium.

Expéctá Dóminum, viríliter age: *
& confortêtur cor tuum, & sústine
Dóminum.

Antifona. Credo vidêre bona Dó-
mini in terra viuéntium.

Antif. Dómine abstraxísti ab ín-
feris ánimam meam. Salmo 29.

EXaltábo te Dómine, quóniam
suscepísti me: * nec delectásti
inimícos meos super me.

D ómine Deus meus clamáui ad
te, * & sanásti me.

D ómine eduxísti ab inférno áni-
mam meam: * saluásti me à de-
scendéntibus in lacum.

390 Sabado Santo,
Pfallite Dño sancti eius: * & con-
fitémini memóriæ sanctitâtis eius.
Quóniam ira in indignatióne
eius: * & vita in voluntâte eius.

Ad vésperum demorábitur fletus: *
& ad matutînum lætítia.

Ego autem dixi in abundántia
mea: * Non mouêbor in ætérnum.

Dómine in voluntâte tua, * præsti-
tísti decóri meo virtûtem.

Auertísti fáciem tuam à me, * &
factus sum conturbâtus.

A d te Dómine clamâbo: * & ad
Deum meum deprecâbor.

Quæ vtílitas in ságuine meo, *
dum descéndo in corruptiônem?

N umquid cōfitébitur tibi puluis, *
aut annuntiâbit veritâtem tuam?

Audiuit Dóminus, & misértus est
mei: * Dóminus factus est adiûtor
meus.

Con-

Conuertisti planctum meum in
gáudium mihi: * conscidisti sac-
cum meum, & circumdedisti me
læticia:

Vt cantet tibi glória mea, & non
compúngar: * Dómine Deus meus
in ætérnum confitêbor tibi.

Antit. Dómine abstraxisti ab ín-
feris ánimam meam. V. Tu autem
Dñe miserere mei. Et refúscita me,
& retríbuam eis. Pater noster. p.aso.

Ex Tractátu sancti Augustíni
Epíscopi super Psalmos.

In Psal. 63. vers. 7. Leccion iiij.

Accêdet homo ad cor altum,
& exaltábitur Deus. Illi di-
xérunt, Quis nos vidêbit?
Defecérunt scrutántes scrutatió-
nes, consília mala. Accéssit ho-
mo ad ipsa consília, passus est se
tenéri vt homo. Non enim tene-

rêtur nisi homo, aut viderêtur nisi homo, aut cæderêtur nisi homo, aut crucifigerêtur, aut moterêtur nisi homo. Accéssit ergo homo ad illas omnes passiones, quæ in illo nihil valérent, nisi esset homo. Sed si ille non esset homo, non libera-
rêtur homo. Accéssit homo ad cor altum, id est, cor secrêtum, obiiciens aspéctibus humanis hóminem, seruans intus Deum: celans formam Dei, in qua æquâlis est Patri, & ófferens formam serui, qua minor est Patre.

ꝛ. Recéssit pastor noster, fons aquæ viuæ, ad cuius tránsitum sol obscurâtus est: * Nam & ille captus est, qui captiuum tenêbat primum hóminem: hódie portas mortis & seras páriter Saluâtor noster dirûpit. ʒ. Destrúxit quidem clau-

claustra inférni, & subuértit poténtias diabóli. Nam & ille.

Leccion v.

QUò perduxérunt illas scrutationes suas, quas perscrutántes defecerunt, vt étiam mórtuo Dómino & sepúlto, custódes pónerent ad sepúlchrum? Dixérunt enim Piláto: Sedúctor ille. Hoc appellabâtur nómine Dóminus Iesus Christus, ad solátium seruôrum suôrum, quando dicúntur seductóres. Ergo illi Piláto: Sedúctor ille, ínquiunt, dixit adhuc viuens: Post tres dies resúrgam. Iube ítaque custodíri sepúlchrum vsque in diem tértium, ne fortè véniant discípli eius, & fureréntur eum, & dicant plebi, Surrexit à mórtuis: & erit nouíssimus error peior priôre. Ait il-

lis Pilâtus : Habêtis custôdiam, ite, custodîte sicut scitis. Illi autem abeúntes, muniêrunt sepúlchrum, signântes lápidem cum custódibus.

℞. O vos omnes, qui transítis per viam, atténdite & vidête, * Si est dolor símilis sicut dolor meus. √. Atténdite vniuersi pópuli, & vidête dolôrem meum. Si est dolor.

Leccion vj.

POSUÉRUNT custódes mílites ad sepúlchrum. Concússa terra Dóminus resurréxit: mirácula facta sunt tália circa sepúlchrum, vt & ipsi mílites, qui custódes aduénérant, testes fierent, si velent vera nuntiâre. Sed auarítia illa, quæ captiuâuit discípulum cómitem Christi, captiuâuit & míli.

mílitem custódem sepúlchri. Da-
mus, ínquiunt, vobis pecúniám:
& dícite, quia vobis dormiénti-
bus venérunt discípuli eius, & abs-
tulérunt eum. Verè defecérunt
scrutántes scrutatiónes. Quid est
quod dixísti, ô infélix astútia?
Tantúmne déseris lucem consílij
pietátis, & in profúnda versútia
demérgeris, vt hoc dicas: Dícite,
quia vobis dormiéntibus venérunt
discípuli eius, & abstulérunt eum?
Dormiéntes testes ádhibes: verè tu
ipse obdormísti, qui scrutándo tá-
lia defecísti.

ꝛ. Ecce quómo modo móritur iustus,
& nemo pércipit corde: & viri iu-
sti tollúntur, & nemo consíderat:
à fácie iniquitátis sublátus est iu-
stus: * Et erit in pace memória
eius. †. Tamquam agnus coram

tondente se obmutuit, & non aperuit os suum : de angustia, & de iudicio sublatus est. Et erit in pace. Ecce quomodo.

Tercer Noturno, Antifona.

Deus adiuvat me, & Dominus susceptor est animæ meæ.

Salmo 53.

DEus in nomine tuo saluum me fac : * & in virtute tua iudica me.

Deus exaudi orationem meam : * auribus percipe verba oris mei.

Quoniam alieni insurrexerunt aduersum me, & fortes quasi fuerunt animam meam : * & non proposuerunt Deum ante conspectum suum.

Ecce enim Deus adiuvat me : * & Dominus susceptor est animæ meæ.

Auer-

Auerte mala inimicis meis: * & in
veritate tua disperde illos.

Voluntarie sacrificabo tibi, * &
confitebor nomini tuo Domine,
quoniam bonum est.

Quoniam ex omni tribulatione
eripuisti me: * & super inimicos
meos despexit oculus meus.

Antifona. Deus adiuvat me, &
Dominus susceptor est anime
meae.

Antifona. In pace factus est locus
eius, & in Sion habitatio eius.

Salmo 75.

NOtus in Iudæa Deus: * in Is-
raël magnum nomen eius.

Et factus est in pace locus eius: *
& habitatio eius in Sion.

Ibi confrègit potentias arcuum, *
scutum, gladium, & bellum.

Illuminans tu mirabiliter à mon-
tibus

tibus æternis: * turbati sunt omnes insipientes corde.

Dormierunt somnum suum: * & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis.

Ab increpatione tua Deus Iacob, * dormitauerunt qui ascenderunt equos.

Tu terribilis es, & quis resistet tibi? * ex tunc ira tua.

De cælo auditum fecisti iudicium: * terra tremuit & quieuit, Cum exurgeret in iudicium Deus: * vt saluos faceret omnes mansuetos terræ.

Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi: * & reliquæ cogitationis diem festum agent tibi.

Vouete, & reddite Dõmino Deo vestro: * omnes qui in circũitu eius affertis mûnera,

Terri-

Terríbili & ei qui aufert spíritum
príncipum, * terríbili apud reges
terræ.

Antifona. In pace factus est locus
eius, & in Sion habitatio eius.

Antifona. Factus sum sicut homo
sine adiutório, inter mórtuos liber.

Salmo 87.

Domine Deus salutis meæ, * in
die clamáui, & nocte co-
ram te.

Intra in conspéctu tuo oratio
mea: * inclína aurem tuam ad pre-
cem meam:

Quia repléta est malis ánima
mea: * & vita mea inférno appro-
pinquáuit.

Estimátus sum cum descendén-
tibus in lacum: * factus sum sicut
homo sine adiutório, inter mórt-
uos liber.

Sicut

Sicut vulnerati dormientes in sepulchris, quorum non es memor amplius: * & ipsi de manu tua repulsi sunt.

Posuerunt me in lacu inferiori: * in tenebris, & in umbra mortis.

Super me confirmatus est furor tuus: * & omnes fluctus tuos induxisti super me.

Longè fecisti notos meos à me: * posuerunt me abominationem sibi.

Traditus sum, & non egredièbar: * oculus mei languerunt præ inopia.

Clamaui ad te Dómine tota die: * expandi ad te manus meas.

Numquid mortuis facies mirabilia: * aut medici suscitabunt, & confitebuntur tibi?

Numquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuam, * & veritatem tuam in perditione?

Num-

N umquid cognoscéntur in ténébris mirabília tua,* & iustítia tua in terra obliuionis?

E t ego ad te Dómine clamáui:* & manè orátio mea præueniet te.

V t quid Dñe repéllis oratiónem meam:* auértis fáciem tuam à me?

P auper sum ego,& in labóribus à iuuentúte mea:* exaltátus autem, humiliátus sum & conturbátus.

I n me transiérunt iræ tuæ:* & terrores tui conturbauerunt me.

Circumdedérút me sicut aqua tota die:* circumdedérunt me simul.

E longásti à me amicum & próximum:* & notos meos à miséria.

Antifona Factus sum sicut homo sine adiutório, inter mórtuos liber.

ψ. In pace factus est locus eius.

℞. Et de Sion habitatio eius. Pater noster. p.aso.

Sabado Santo,
De Epístola beáti Pauli Apóstoli
ad Hebræos.

Leccion vij.

Cap. 9. c

CHristus assístens Póntifex futurórum bonórum, per ámplius & perfectius tabernáculum non manu factum, id est, non huius creatiõnis: neque per sánguinem hircórum aut vitulórum, sed per próprium sánguinem introiuit semel in Sancta, æténa redemptiõne inuénta. Si enim sanguis hircórum & taurórum, & cinis vítulæ aspérfus inquinátos sanctificat ad emundatiõnem carnis: quantò magis sanguis Christi, qui per Spíritum sanctum semetípsum obtulit immaculátum Deo, emundábit consciéntiam nostram ab opéribus mórtuis, ad seruiéndum Deo viuénti?

Re. Asti-

R. Astiterunt reges terræ, & principes conuenērunt in vnum, * Aduērsus Dóminum, & aduērsus Christum eius. v. Quare fremuerunt Gentes, & pópuli meditāti sunt inánia? Aduērsus Dóminum.

Leccion viij.

ET ídeò noui testaméti mediátor est: vt morte intercedente, in redemptiōnem eārum præuaricatiōnum, quæ erant sub prióri Testaméto, repromissiōnem accípiant, qui vocāti sunt, æternæ hereditātis. Vbi enim testaméntum est, mors necesse est intercêdat testatōris. Testaméntum enim in mórtuis confirmátum est: alióquin nondum valet, dum viuit qui testátus est. Vnde nec primum quidem sine sánguine dedicátum est.

R. Æstimâtus sum cum descen-
dētibus in lacum : * Factus sum
sicut homo sine adiutōrio, inter
mórtuos liber. ⁊. Posuērunt me in
lacu inferiōri, in tenebrósis, & in
vmbra mortis. Factus sum.

Leccion ix.

L Ecto enim omni mandáto le-
gis à Móyse vniuerso pópulo,
accípiens sánguinem vitulōrum &
hircōrum, cum aqua & lana coc-
cínea & hyssópo : ipsum quoque
librum & omnem pópulum aspér-
sit dicens : Hic sanguis testamén-
ti, quod mandâuit ad vos Deus.
Etiam tabernáculum, & ómnia
vasa ministérii ságuine simíliter
aspérfit. Et ómnia pænè in sángu-
ine secúndum legem mundántur :
& sine ságuinis effusiōne non fit
remíssio.

R. Sepúl-

31. Sepúlto Dómino, signátum est monuméntum, volúentes lápidem ad óstium monuménti: * Ponéntes mílites, qui custodírent illum. v. Accedéntes príncipes sacerdotum ad Pilátum, petierunt illum. Ponéntes. Sepúlto Dómino.

A L A V D E S,

Antifona.

O Mors, ero mors tua, morsus tuus ero inférne. Salmo, Miferère mei Deus. 171.

Antifona. Plangent eum quasi unigénitum, quia innocens Dóminus occísus est. Salmo 42.

I Vdica me Deus, & discérne causam meam de gente non sancta, * ab hómine iníquo & dolóso érue me.

Quia tu es Deus fortitúdo mea: *

406 Sabado Santo,

quare me repulisti? & quare tristis incêdo, dum affligit me inimicus?

E mitte lucem tuam & veritatem tuam: * ipsa me deduxerunt, & adduxerunt in montem sanctum tuum, & in tabernacula tua.

E t introibo ad altare Dei: * ad Deum, qui lætificat iuventutem meam.

C onfitêbor tibi in cithara Deus Deus meus: * quare tristis es anima mea? & quare conturbas me?

S pera in Deo, quoniam adhuc confitêbor illi: * salutare vultus mei, & Deus meus.

Antif. Plangent eum quasi unigenitum, quia innocens Dñs occisus est. Antif. Attendite vniuersi populi, & videte dolorem meum. Salmo, Deus Deus meus. 177.

Ant-

Antifona. A porta ínferi érué Dó-
mine ánimam meam.

Cantico de Ezechias. *Isaie 38. b*

E Go dixi: In dimídio diêrum
meôrum * vadam ad portas
ínferi.

Quæsiui resíduum annôrum
meôrum. * dixi: Non vidêbo Dó-
minum Deum in terra viuéntium.
Non aspíciam hóminem vltra, *
& habitatôrem quiêtis.

Generátio mea ablâta est, & con-
uolûta est à me, * quasi taberná-
culum pastôrum:

P ræcîsa est velut à texente, vita
mea: dum adhuc ordîrer, succî-
dit me: * de manè vsque ad véspe-
ram fínies me.

S perâbam vsque ad manè, * quasi
leo sic contriuit ómnia ossa mea:
D e manè vsque ad vésperam fí-

408 Sabado Santo,
nies me: * ficut pullus hirúndi-
nis sic clamâbo, meditâbor vt co-
lúmba:

A ttenuâti sunt óculi mei, * suspi-
ciétes in excélsu:

D ómine vim pátiór, respónde pro
me. * Quid dicam, aut quid respon-
dêbit mihi, cùm ipse fécerit?

R ecogitâbo tibi omnes annos
meos * in amaritúdi-
ne ánimę meæ.

D ómine si sic víuitur, & in tálibus
vita spíritus mei, corrípies me, &
viuificâbis me. * Ecce in pace ama-
ritúdo mea amaríssima:

T u autem eruísti ánimam meam
vt non períret, * proiecísti post ter-
gum tuum ómnia peccâta mea.

Q uia non inférnus confitébitur
tibi, neque mors laudâbit te: * non
expectâbunt qui descéndunt in lá-
cum, veritâtem tuam.

V iuens

Viuens viuens ipse confitébitur
tibi, sicut & ego hódie: * pater filijs
notam fáciat veritâtem tuam.

D ómine saluum me fac, * & psal-
mos nostros cantábimus cunctis
diêbus vitæ nostræ in domo Dñi.

Antifona. A porta ínferi érué Dó-
mine ánimam meam.

Antifona. O vos omnes qui transi-
tis per viam, atténdite & vidête,
si est dolor sicut dolor meus. Sal-
mo, Laudâte Dóminum de cæ-
lis. 183. v̄. Caro mea requiescet in
spe. R̄. Et non dabis sanctum
tuum vidêre corruptionem.

Al Benedictus, Antifona.

Mulieres sedentes ad monumén-
tum lamentabantur, flentes Dó-
minum. v̄. Christus factus est pro
nobis obédiens vsque ad mortem,
mortem autem crucis: propter

quod & Deus exaltâuit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen. Pater noster. p. 150. Salmo, Miserere mei Deus. 171.

Oracion.

R Espice, quæsumus Dómine, super hanc famíliam tuam, pro qua Dóminus noster Iesus Christus non dubitâuit máribus tradi nocéntium, & crucis subîre torinéntum. Qui tecum uiuit.

Y asi se dice hasta la Nona.

Dichas las Horas como arriba a pag. 192. se dice la Missa como se suele.


Statio ad S. Ioannem in Laterano.

Vbrense los Altares a hora conpetente, y se dicen las Horas, sin encender las velas hasta el principio de la Missa. Mientras tanto

tanto se enciende fuera de la Iglesia fuego con pedernal, y con el se encienden algunos carbones. Acabada la Nona, el Sacerdote se pone amito, alba, cingulo, estola, y capa morada (o sin casulla si quisiere) asistienle los Ministros con Cruz, agua bendita, y incienso: y delante de la puerta de la Iglesia, o en la misma puerta, si pudiere ser, bendice el fuego nuevo, y dice: *v. Dominus vobiscum. r. Et cum spiritu tuo.*

Orémus.

Oracion.

DEus, qui per Filium tuum, angularem scilicet lapidem, clauiculis tuæ ignem fidelibus contulisti: productum è sílice, nostris profuturum úsibus, nouum hunc ignem san  ctifica: & concède nobis, ita per hæc festa Paschalia cælestibus desidérijs inflammári;

vt

vt ad perpétuæ claritâtis, puris
mêntibus, valeâmus festa pertîn-
gere. Per eúndem Christum Dñm
nostrum. R. Amen. O rēmus.

Domine Deus, Pater omnípo-
tens, lumen indeficiens, qui
es cōditor ómnium lúminum:
béne ✠ dic hoc lumen, quod à te
sanctificatum atque benedictum
est, qui illuminásti omnem mun-
dum: vt ab eo lúmine accendâ-
mur, atque illuminêmur igne cla-
ritâtis tuæ: & sicut illuminásti
Móysen exeúntem de Ægypto,
ita illúmines corda & sensus no-
stros: vt ad vitam & lucem ætér-
nam peruenîre mereâmur. Per
Christum Dóminum nostrum.
R. Amen. O rēmus.

Domine sancte, Pater omní-
potens, ætérne Deus: benedi-
cén-

céntibus nobis hunc ignem in nó-
mine tuo, & vnigéniti Fílij tui Dei
ac Dómini nostri Iesu Christi, &
Spíritus sancti, cooperári dignêris:
& ádiuua nos contra igníta tela
inimíci, & illústra grátia cælésti.
Qui viuis & regnas cum eódem
Vnigénito tuo, & Spírítu sancto,
Deus, per ómnia sæcula sæculô-
rum. *R.* Amen.

Luego bendice cinco granos de
incienso para ponerlos en el Cirio
Pascual; y sin decir Oremus, dice
esta Coleta.

VEniat, quæsumus, omnípotens
Deus, super hoc incénsum
larga tuæ bene ✠ dictiõnis infú-
sio: & hunc noctúrnum splendô-
rem inuisíbilis regenerátor accén-
de: vt non solùm sacrificium, quod
hac nocte litátum est, arcána lú-
minis

minis tui admixtione refulgeat: sed in quocúmque loco ex huius sanctificationis mysterio aliquid fuerit deportatum, expulsa diabólica fraudis nequicia, virtus tuæ maiestatis assistat. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

¶ Mientras se bendicen los granos de incienso, vn Acolito tomará algunas ascuas del brasero bendito, y las pondrá en el incensario. Y acabada de decir la Oracion sobredicha, el Sacerdote tomará incienso de la nauicella, y le pondrá en el incensario, y le bendicirá como se suele: luego roceará tres vezes con agua bendita los granos y fuego, diciendo en voz baxa: Aspérges me. sin canto ni Salmo, y los incensará tres vezes. Mientras tanto, se apagan todas las lamparas de la Iglesia para

para voluerlas a encender con luz bendita. El Diacono con Almatica blanca toma la vara que tiene tres candelas distintas en el triangulo superior. Precede el que lleva el incensario, con otro Acolito que llevara en vn plato los cinco granos de incienso : sigue el Subdiacono con la Cruz , y el Clero por su orden: luego el Diacono con la vara de las tres candelas , y al fin el Sacerdote . Luego que se entra en la Iglesia, el Diacono inclina su vara, y vn Acolito con vna vela encendida con fuego nuevo enciende vna vela de la dicha vara: enarbola la vara el Diacono , el y todos se hincan de rodillas, excepto el Subdiacono porque tiene la Cruz: y el Diacono canta solo, Lumen Christe responden todos, Deo gratias.

Estando

Estando en medio de la Iglesia encienden otra vela, y de rodillas como antes, en voz mas alta vuelue a cantar, *Lumen Christi. R. Deo grátias.*

Estando delante del Altar encienden la vltima, y otra vez de rodillas, en voz aún mas sonora, repite, *Lumen Christi. R. Deo grátias.*

Luego el Sacerdote sube al Altar, y se pone al lado de la Epistola. El Diacono da la vara a vn Acolito, y tomando el libro, pide la bendicion al Sacerdote, como si vbiera de cantar Euangelio. Darásela el Sacerdote por estas palabras, *Dóminus sit in corde tuo, & in lábijs tuis : vt dignè & competénter annúnties suum Paschále præcónium : In nómine Patris, & Filij, ✠ & Spíritus sancti, Amen.*

Luego

Bendicion del Cirio. 417

Luego se llega al facistol, y puesto el libro en el, le incienfa.

Estará a su mano derecha el Subdiacono con la Cruz, y el que tiene el incensario: al otro lado dos Acolitos, el vno con la vara de las tres velas, y el otro con los granos de incienso en vn plato. Luego se leuantan todos como se suele hazer al Euangelio, y canta el Diacono

EXúltet iam angélica turba cae-
lôrum; exúltent diuina mysté-
ria: & pro tanti Regis victória,
tuba insonet salutâris. Gáudeat &
tellus tantis irradiâta fulgôribus:
& æterni Regis splendôre illustrâ-
ta, totius orbis se sentiat amisisse
caliginem. Letêtur & mater Ecclé-
sia, tanti lûminis adomâta fulgû-
ribus: & magnis populôrum vé-
cibus hæc aula resúltet. Quapro-

D d pter

418 Sabado Santo,
pter adstântes vos, fratres charíssi-
mi, ad tam miram huius sancti
lúminis claritâtem, vnâ mecum,
quæso, Dei omnipoténtis miseri-
córdiam inuocâte. Vt qui me non
meis méritis intra Leuitârum nú-
merum dignâtus est aggregâre: lú-
minis sui claritâtem infúdens,
Cérei huius laudem implêre per-
ficiat. Per Dóminum nostrum Ie-
súm Christum Fílium suum: Qui
cum eo viuít & regnat in vnità-
te Spíritus sancti Deus, per óm-
nia sæcula sæculórum. R. Amen.
V. Dóminus vobíscum. R. Et
cum spírítu tuo. V. Surfum cor-
da. R. Habêmus ad Dóminum.
V. Grátias agâmus Dómino Deo
nostro. R. Dignum & iustum est.
V. erè dignum & iustum est, intú-
sibilem Deum Patrem omnipo-
téntem,

téntem, Filiúmque eius vnigénitum, Dóminum nostrum Iesum Christum, toto cordis ac mentis afféctu, & vocis ministério personâre. Qui pro nobis ætérno Patri, Adæ débitum soluit, & vétérís piáculi cautionem pio cruóre detérsit. Hæc sunt enim festa Paschália, in quibus verus ille Agnus occíditur, cuius sánguine postes fidélium consecrántur. Hæc nox est, in qua primùm patres nostros filios Israël edúctos de Ægypto, mare Rubrum sicco vestígio transfíre fecísti. Hæc ígitur nox est, quæ peccatôrum ténebras, columinæ illuminatióne purgáuit. Hæc nox est, quæ hódie per vniuersum mundum, in Christo credentes, à vítijs sæculi, & calígine peccatôrum segregátos reddit grátia, só-

Sabado Santo,
 ciat sanctitati. Hæc nox est, in qua
 destructis vinculis mortis, Chri-
 stus ab inferis victor ascendit. Ni-
 hil enim nobis nasci profuit, nisi
 redimi profuisset. O mira circa nos
 tuæ pietatis dignatio! O inæstimá-
 bilis dilectio charitatis! vt seruum
 redimeres, Fílium tradidisti. O
 certè necessárium Adæ peccátum,
 quod Christi morte delétum est!
 O felix culpa, quæ talem ac tan-
 tum méruit habère redemptórem!
 O verè beáta nox, quæ sola mé-
 ruit scire tempus & horam, in qua
 Christus ab inferis resurrexit! Hæc
 nox est, de qua scriptum est: Et
 nox sicut dies illuminábitur: &
 nox illuminatio mea in delicijs
 meis. Huius igitur sanctificatio
 noctis, fugat scélera, culpas la-
 uat: & reddit innocéntiam la-
 psis,

p̄sis, & mœstis lætítiam. Fugat
 ódia, concórdiam parat, & cur-
 uat impéria [Aqui el Diacono po-
 ne los cinco granos de incienso
 bendito en el Cirio en forma de
 Cruz.] In huius ígitur noctis grá-
 tia, súscipe, sancte Pater, incén-
 si huius sacrificium vespertinum:
 quod tibi in hac Cérei oblatiône
 solémni, per ministrórum ma-
 nus de opéribus apum, factosán-
 cta reddit Ecclésia. Sed iam co-
 lúmnae huius præcónia nóuimus,
 quam in honôrem Dei rútilans
 ignis accéndit. [Llegando aqui el
 Diacono enciende el Cirio con
 vna de las tres velas que estan en
 la vara.] Qui licet sit diuísus in
 partes, mutuati tamen lúminis de-
 triménta non nouit. Alitur enim
 liquántibus ceris, quas in substán-

422 Sabado Santo,
tiam pretiosæ huius lampadis,
apis mater eduxit. [Enciendente
las lamparas.] O verè beata nox,
quæ expoliâuit Ægyptios, ditâ-
uit Hebræos! Nox, in qua ter-
renis cælestia, humanis diuina
iunguntur. Orâmus ergo te Dó-
mine: vt Cereus iste in honorem
tui nominis consecratus, ad no-
ctis huius caliginem destruén-
dam, indeficiens perseuêret. Et
in odorem suauitatis accéptus, su-
pèrnis lumináribus misceatur.
Flammæ eius lucifer matutinus
inueniat. Ille, inquam, lucifer,
qui nescit occâsum. Ille, qui re-
gréssus ab ínferis, humano gé-
neri ferènus illúxit. Precâmur
ergo te Dómine: vt nos fámulos
tuos, omnémque clerum, & de-
uotíssimum pópulum, vnà cum
bea-

beatíſſimo Papa noſtro N. & Antíſtite noſtro N. quiète tẽmporum concẽſſa, in his Paſchãlibus gãudijs, aſídúa proteccióne régere, gubernãre, & conſeruãre dignẽris. Réſpice étiam ad deuotíſſimum [Si no eſtuuiere aun coronado, ſe dira, cléctum Imperatõrem] Imperatõrem noſtrum N. cuius tu Deus deſidérij vota prænoſcens, ineffãbili pietãtis & miſericórdiæ tuæ munere, tranquillum perpétuæ pacis ac cõminoda: & cælẽstem victóriam cum omni pópulo ſuo. Per eũdem Dõminum noſtrum Ieſum Chriſtum Fílium tuum: Qui tecum viuit & regnat in vnitãte Spíritus ſancti Deus.

¶ En acabando de bendecir el Cirio, el Diacono ſe quita los orna-

mentos blancos, y se pone violados, y va a estar con el Sacerdote, que dexando la capa, tomará manipulo y casulla violada. Luego se leerán las Profecias sin titulo ninguno, y el Sacerdote las leerá tambien paso en el mismo Altar al lado de la Epistola. Al fin de las Profecias se dicen las Oraciones que se pondrán abaxo. Mientras se leen las Profecias, o poco antes, los Presbyteros catequizarán los Catecumenos que se vieren de bautizar, y los prepararán para el Bautismo.

Profecia primera. *Genes. 1. et 2.*

In principio creauit Deus caelum & terram. Terra autem erat inanis & vacua, & tenebrae erant super faciem abyssi: & Spiritus Dei ferebatur super aquas. Dixitque Deus: Fiat lux. Et facta est lux.

lux. Et vidit Deus lucem quòd
esset bona : & diuisit lucem à té-
nebris. Appellauitq; lucem Diem,
& tenebras Noctem : factumque
est vespere & mane, dies vnus.
Dixit quoque Deus : Fiat firma-
mentum in medio aquarum : &
diuidat aquas ab aquis. Et fecit
Deus firmamentum : diuisitque
aquas quæ erant sub firmamen-
to, ab his quæ erant super firma-
mentum. Et factum est ita. Vo-
cauitque Deus firmamentum,
Cælum : & factum est vespere &
mane, dies secundus. Dixit vero
Deus : Congregentur aquæ, quæ
sub cælo sunt, in locum vnum :
& appareat arida. Et factum est
ita. Et vocauit Deus aridam,
Terram, congregationesque aquarum
appellauit Mária. Et vidit

Deus quòd esset bonum. Et ait: Géminet terra herbam viréntem, & faciéntem semen, & lignum pomíferum fáciens fructum iuxta genus suum, cuius semen in semetípso sit super terram. Et factum est ita. Et prótulit terra herbam viréntem, & faciéntem semen iuxta genus suum, lignúmque fáciens fructum, & habens vnumquódque seméntem secúndum spéciem suam. Et vidit Deus quòd esset bonum. Et factum est vespere & manè, dies tertius. Dixit autem Deus: Fiant luminária in firmaménto cæli, & diuidant diem ac noctem, & sint in signa & témpora, & dies & annos: vt luceant in firmaménto cæli, & illúminent terram. Et factum est ita. Fecitque Deus duo
lumi-

luminária magna: luminâre maior, vt præesset diæi: & luminâre minus, vt præesset nocti: & stellas. Et posuit eas in firmamento cæli, vt lucerent super terram, & præessent diæi ac nocti, & diuiderent lucem ac tenebras. Et vidit Deus quod esset bonum. Et factum est vespere & manè, dies quartus. Dixit etiam Deus: Producant aquæ réptile animæ uiuentis, & volátile super terram sub firmamento cæli. Creauitque Deus Cete grándia, & omnem animam uiuentem atque motáblem, quam produxerant aquæ in species suas, & omne volátile secundùm genus suum. Et vidit Deus quòd esset bonum. Benedixitque eis, dicens: Crescite, & multiplicámini, & replète aquas maris:

maris: auésque multiplicéntur super terram. Et factum est véspe-
re & manè, dies quintus. Dixit
quoque Deus: Prodûcat terra áni-
mam viuéntem in génere suo, iu-
ménta, & reptília, & béstias ter-
ræ secúndum spécies suas. Factúm-
que est ita. Et fecit Deus béstias
terræ iuxta spécies suas, & iu-
ménta, & omne réptile terræ in
génere suo. Et vidit Deus quòd es-
set bonum: & ait: Faciâmus Hó-
minem ad imáginem & similitú-
dinem nostram: & præsit písci-
bus maris, & volatílibus cæli, &
béstijs, vniuersæque terræ, omni-
que réptili, quod mouêtur in ter-
ra. Et creâuit Deus hóminem ad
imáginem suam: ad imáginem
Dei creâuit illum, másculum &
feminam creâuit eos. Benedixit-
que

que illis Deus, & ait: Crêscite, & multiplicâmini, & replête terram, & subiicite eam, & dominâmini pîscibus maris, & volatîlibus cæli, & vniuersis animântibus, quæ mouentur super terram. Dixitque Deus: Ecce dedi vobis omnem herbam, afferentem semen super terram, & vniuersa ligna quæ habent in semetîpsis sementem generis sui, vt sint vobis in escam: & cunctis animântibus terræ, omnîque vólucti cæli, & vniuersis quæ mouentur in terra, & in quibus est ânima viuens, vt hâbeant ad vescendum. Et factum est ita. Viditque Deus cuncta quæ fecerat: & erant valdè bona. Et factum est vespere & manè, dies sextus. Igitur perfecti sunt cæli & terra, & omnis omâ-

Sabado Santo,
ornatus eorum. Compleuitque
Deus die septimo opus suum, quod
fecerat: & requieuit die septimo ab
vniuerso opere, quod pararat.

Acabada la Profecia, dice el
Sacerdote. O temus. el Diacono.
Flectamus genua. y el Subdiaco-
no. Leuate.

Oracion.

DEus, qui mirabiliter creasti
hominem, & mirabilius re-
demisti: da nobis, quaesumus, con-
tra oblectamenta peccati, mentis
ratione persistere: vt mereamur ad
aeterna gaudia peruenire. Per Do-
minum nostrum.

Profecia segunda.

Genes. 5. d. 6. & 8.

NOe vero cum quingentorum
esset annorum, genuit Sem,
Cham & Iapheth. Cumque ces-
pissent

píssent hómines multiplicári super terram, & filias procreássent, vidéntes filij Dei filias hóminum quòd essent pulchræ, accepérunt sibi vxóres ex ómnibus, quas élégerant. Dixítque Deus: Non permanêbit spírítus meus in hómine in ætérnum, quia caro est: erúntque dies illíus centum viginti annórum. Gigántes autem erant super terram in diêbus illis. Postquam enim ingrési sunt filij Dei ad filias hóminum, illæque genuérunt, isti sunt poténtes à sæculo viri famósi. Videns autem Deus quòd multa malítia hóminum esset in terra, & cuncta cogitatio cordis inténta esset ad malum omni témpore, pœnituit eum quòd hóminem fecisset in terra. Et tactus dolóre cordis intrínse-

Sabado Santo,
trínsecus , Delêbo, inquit, hómi-
nem , quem creáui, à fácie terræ,
ab hómine vsque ad animántia, à
réptili vsque ad vólucres cæli. Pœ-
nitet enim me fecísse eos. Noë
verò inuénit grátiam coram Dó-
mino. Hæ sunt generatiónes Noë:
Noë vir iustus atque perfectus fuit
in generatió nibus suis , cum Deo
ambuláuit. Et genuit tres filios,
Sem , Cham , & Iapheth. Cor-
rupta est autem terra coram Deo,
& replêta est iniquitatê. Cumq̄ue
vidisset Deus terram esse corru-
ptam (omnis quippe caro cor-
rumpêrat viam suam super terram)
dixit ad Noë: Finis vniuersæ car-
nis venit coram me : replêta est
terra iniquitatê à fácie eórum ; &
ego disperdam eos cum terra. Fac
tibi arcam de lignis leuigátis:
man-

mansiónes in arca fácies, & bitúmíne línies intrínsecus & extrínsecus. Et sic fácies eam: Trecentôrum cubitôrum erit longitúdo arcæ, quinquaginta cubitôrum latitúdo, & triginta cubitôrum altitúdo illius. Fenéstram in arca fácies, & in cúbito consummâbis summitâtem eius: óstium autem arcæ pones ex látere: deórsum, cœnâcula, & trístega fácies in ea. Ecce ego addûcam aquas dilúuij super terram, vt interficiam omnem carnem, in qua spírítus vitæ est subter cælum. Vniuersa quæ in terra sunt, consuméntur. Ponámque foedus meum tecum: & ingrediêris arcam tu, & filij tui, vxor tua, & vxóres filiôrum tuôrum tecum. Ex ex cunctis animántibus vniuersæ carnis bina indúces in

E e arcam,

arcam, vt viuant tecum: masculí-
 ni sexus & feminíni. De volúcri-
 bus iuxta genus suum, & de iu-
 méntis in género suo, & ex om-
 ni réptili terræ secúndum genus
 suum: bina de ómnibus ingredién-
 tur tecum, vt possint víuere. Tol-
 les ígitur tecum ex ómnibus escis,
 quæ mandi possunt, & compor-
 tâbis apud te: & erunt tam tibi,
 quàm illis in cibum. Fecit ígitur
 Noë ómnia, quæ præcéperat illi
 Deus. Erátque sexcentórum annó-
 rum quando dilúuij aquæ inun-
 dauérunt super terram. Rupti sunt
 omnes fontes abyssi magnæ, & ca-
 taráctæ cæli apértæ sunt: & facta
 est plúuia super terram quadra-
 gínta diêbus & quadragínta nó-
 ctibus. In artículo diéi illius in-
 gréssus est Noë, & Sem, & Cham;
 &

& Iapheth, filij eius; vxor illius,
 & tres vxóres filiôrum eius cum
 eis, in arcam: ipsi & omne animal
 secúndum genus suum, vniuersa-
 que iuménta in génere suo, & om-
 ne quod mouétur super terram in
 génere suo, cunctúmque volátile
 secúndum genus suum. Porro ar-
 ca ferebâtur super aquas. Et aquæ
 præualuérunt nimis super terram:
 operitque sunt omnes montes ex-
 celsi sub vniuerso cælo. Quinde-
 cim cúbitis áltior fuit aqua super
 montes, quos operúerat. Con-
 sumpptaque est omnis caro, quæ
 mouebâtur super terram, volu-
 crum, animántium, bestiârum,
 omniúmque reptílium quæ re-
 ptant super terram. Remánfit au-
 tem solus Noë, & qui cum eo
 erant in arca. Obtinuerúntque

aquæ terram centum quinquaginta dièbus. Recordâtus autem Deus Noë, cunctorûmque animântium, & ómnium iumentôrum; quæ erant cum eo in arca, addúxit spírítum super terram, & imminútæ sunt aquæ. Et clausi sunt fontes abyssi, & cataráctæ cæli: & prohibítæ sunt plúuiæ de cælo. Reuersæque sunt aquæ de terra eúntes & redeúntes: & cœpérunt mínui post centum quinquaginta dies. Cumque transíssent quadragínta dies, apériens Noë fenéstram arcæ, quam fécerat, dimísit coruum: qui egrediebâtur, & non reuertebâtur, donec siccaréntur aquæ super terram. Emísit quoque colúmbam post eum, vt vidêret si iam celsâssent aquæ super fáciem terræ. Quæ cum non inueníssent

uenisset ubi quiesceret pes eius,
 reuersa est ad eum in arcam: aquæ
 enim erant super uniuersam ter-
 ram: extenditque manum, & ap-
 prehensam intulit in arcam: Ex-
 spectatis autem ultra septem diē-
 bus alijs, rursus dimisit colúm-
 bam ex arca. At illa venit ad eum
 ad uesperam, portans ramum oli-
 uæ uirētibz folijs in ore suo.
 Intellēxit ergo Noë quod cessās-
 sent aquæ super terram. Expecta-
 uitque nihilominus septem alios
 dies: & emisit colūmbam, quæ
 non est reuersa ultra ad eum. Lo-
 cūtus est autem Deus ad Noë,
 dicens: Egrēdere de arca tu, &
 uxor tua, filij tui & uxóres filiōrum
 tuōrum tecum. Cuncta animān-
 tia, quæ sunt apud te, ex omni
 carne, tam in uolatilibz, quàm

in béstijs & vniuersis reptílibus,
 quæ reptant super terram, educ te-
 cum, & ingredimini super terram:
 créscite, & multiplicámini super
 eam. Egréssus est ergo Noë, & filij
 eius; vxor illíus, & vxóres filiô-
 rum eius cum eo. Sed & ómnia
 animántia, iuménta, & reptília
 quæ reptant super terram secún-
 dùm genus suum, egréssa sunt de
 arca. Ædificáuit autem Noë altáre
 Dómino: & tollens de cunctis pe-
 córibus & volúcribus mundis,
 óbtulit holocáusta super altáre.
 Odoratúsque est Dóminus odô-
 rem suauitátis.

O rémus. Flectámus génua. R. Le-
 uáte. Oracion.

DEus incommutábilis virtus,
 & lumen ætérnum: réspice
 propítius ad totíus Ecclesiæ tuæ
 mirá-

mirábile sacraméntum, & opus salútis humanæ, perpétuæ dispositiônis efféctu tranquillius operâre: totúsque mundus experiâtur & vídeat, deiécta érigi, inueterâta renouári, & per ipsum redîre ómnia in íntegrum, à quo sumpsêre principium: Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum: Qui tecum viuit & regnat in vnitate Spíritus sancti.

Profecia tercera. *Genes. 22.*

IN diébus illis: Tentâuit Deus Abraham, & dixit ad eum: Abraham, Abraham. At ille respóndit: Adsum. Ait illi: Tolle fílium tuum vnigénitum, quem díligis, Isaac, & vade in terram visiônis: atque ibi ófferes eum in holocáustum super vnum món-tium quem monstrávero tibi. Igi-

tur Abraham de nocte confúr-
gens, strauit ásinum suum : du-
cens secum duos iúuenes, & Isaac
fílium suum. Cumque concidís-
set ligna in holocáustum, ábijt ad
locum quem præcéperat ei Deus.
Die autem tertio, eleuátis ócu-
lis, vidit locum procul : dixit-
que ad púeros suos : Expectáte híc
cum ásino : ego & puer illuc vs-
que properántes, postquam ado-
rauérinus, reuertémur ad vos. Tu-
lit quoque ligna holocáusti, &
impósuit super Isaac fílium suum :
ipse verò portábat in mánibus
ignem & gládium. Cumque duo
pérgerent simul, dixit Isaac pa-
tri suo : Pater mi. At ille respón-
dit : Quid vis fili ? Ecce, inquit,
ignis & ligna : vbi est víctima
holocáusti ? Dixit autem Abra-
ham :

ham: Deus prouidēbit sibi vīcti-
 mam holocāusti, fili mi. Pergē-
 bant ergo páriter: & venērunt ad
 locum, quem ostēderat ei Deus,
 in quo ædificāuit altāre, & desu-
 per ligna compósuit: cumque al-
 ligāsser Isaac filium suum, pó-
 suit eum in altāre super struem
 lignōrum. Extendítque manum,
 & arrípuit gládium, vt iminolā-
 ret filium suum. Et ecce Ange-
 lus Dómini de cælo clamāuit, di-
 cens: Abraham, Abraham. Qui
 respóndit: Adsum. Dixítque ei:
 Non extēdas manum tuam su-
 per púerum, neque fácias illi quid-
 quam: nunc cognóui quòd times
 Deum, & non pepercísti vnigénito
 filio tuo propter me. Leuāuit A-
 braham óculos suos, vidítque post
 tergum aríetem inter vepres hæ-

réntem cónibus, quem asúmens
óbtulit holocáustum pro fílio.
Appellauítque nómen loci illíus,
Dóminus videt. Vnde vsque hó-
die dícitur : In monte. Dóminus
vidêbit. Vocâuit autem Angelus
Dómini Abraham secúndò de cæ-
lo, dicens : Per memetípsum iu-
ráui, dicit Dóminus : quia fecísti
hanc rem, & non pepercísti fílio
tuo vnigénito propter me : bene-
dîcam tibi, & multiplicâbo semen
tuum sicut stellas cæli, & velut
arênam, quæ est in líttore ma-
ris : possidêbit semen tuum portas
inimicórum suórum, & benedi-
céntur in sémine tuo omnes gen-
tes terræ, quia obedísti voci meæ.
Reuérsum est Abraham ad púeros
suos, abierúntque Bersabée simul,
& habitâuit ibi.

Oremus. Flectamus genua. R. Le-
uâte. Oracion.

DEus, fidélium Pater summe,
qui in toto orbe terrarum,
promissiônis tuæ filios diffusa ad-
optiônis grátia multiplicas: & per
paschâle sacramentum, Abraham
púerum tuum vniuersarum, sicut
iurásti, gentium efficis patrem: da
pópulis tuis dignè ad grátiam tuæ
vocatiônis introîre. Per Dóminum
nostrum Iesum Christum Fílium
tuum: Qui tecum viuít & regnat.

Profecia quarta.

Exod. 14. f. & 15.

IN diêbus illis: Factum est in
vigília matutína, & ecce re-
spiciens Dóminus super castra Æ-
gyptiôrum per colúnnam ignis
& nubis, interfecit exercitum eô-
rum: & subuertit rotas curruum,
fere-

444 Sabado Santo,
ferebanturque in profundum. Di-
xérunt ergo Ægyptij: Fugiâmus
Israêlem: Dóminus enim pugnat
pro eis contra nos. Et ait Dó-
minus ad Móysen: Exténde ma-
num tuam super mare, vt reuer-
tántur aquæ ad Ægyptios super
currus & équites eórum. Cumque
extendíffet Móyses manum con-
tra mare, reuérsum est primo di-
lúculo ad priôrem locum: fu-
gientibúsque Ægyptijs occurré-
runt aquæ, & inuoluit eos Dómi-
nus in médijs flúctibus. Reuer-
sæque sunt aquæ, & operuérunt
currus & équites cuncti exercitus
Pharaônis, qui sequentes ingrési
fúerant mare: nec vnus quidem
supérfit ex eis. Fílij autem Is-
raël perrexérunt per médium sic-
ci maris, & aquæ eis erant quasi
pro

pro muro à dextris & à sinístris:
 liberauitque Dóminus in die il-
 la Israël de manu Ægyptiôrum.
 Et vidérunt Ægyptios mórtuos
 super littus maris, & manum ma-
 gnam quam exercúerat Dómi-
 nus contra eos: timuítque pópu-
 lus Dóminum, & credidérunt
 Dómino, & Móysi feruo eius.
 Tunc cécinit Móyses & filij Is-
 raël carmen hoc Dómino, &
 dixerunt.

Tracto. C antémus Dómino:
 gloriósè enim honorificátus est:
 equum & ascensórem proiêcit in
 mare: adiûtor & protéctor factus
 est mihi in salûtem. ̄. Hic Deus
 meus, & honorificâbo eum: Deus
 patris mei, & exaltâbo eum. ̄. Dó-
 minus cónterens bella: Dóminus
 nomen est illi.

Oremus. Flectamus genua. R. Le-
uâte. Oracion.

DEus, cuius antiqua miracula
etiam nostris sæculis coruscâ-
re sentimus: dum quod vni pòpu-
lo, à persecutiõne Ægyptiaca libe-
rândo, dexteræ tuæ potèntia con-
tulisti, id in salutem Gèntium per
aquam regeneratiõnis operâris:
præsta; vt in Abrahæ filios, & in
Israëliticam dignitatem, totius
mundi transeat plenitudo. Per
Dòminum nostrum Iesum Chri-
stum Fílium tuum.

Profecia quinta.

Isaia 54. 8 & 55.

HÆc est hereditas seruorum
Dòmini, & iustitia eorum,
apud me, dicit Dòminus. Omnes
sitièntes venite ad aquas: & qui
non habètis argèntum, properate,
emite,

émite, & comédite : veníte, émite
absq; argéto, & absque vlla coin-
mutatióne, vinum & lac. Quare
appénditis argéntum non in páni-
bus, & labórem vestrum non in
faturitáte? Audíte audientes me, &
comédite bonum, & delectábitur
in crassitúdine ánima vestra. Incli-
nâte aurem vestram, & veníte ad
me: audíte, & viuet ánima vestra,
& fériam vobíscum pactum sem-
pitérnum, misericórdias David fi-
dèles. Ecce testem pópulis dedi
eum, ducem ac præceptórem Gén-
tibus. Ecce gentem, quam nescié-
bas, vocâbis: & Gentes, quæ te non
cognouérunt, ad te current propter
Dóminum Deum tuum, & san-
ctum Israël, quia glorificáuit te.
Quærite Dóminum, dum inue-
niri potest : inuocâte eum, dum
propè

propè est. Derelinquat impius
viam suam, & vir iniquus cogita-
tiones suas, & reuertatur ad Dó-
minum, & miserébitur eius, & ad
Deum nostrum: quóniam multus
est ad ignoscendum. Non enim
cogitationes meæ, cogitationes ve-
stræ: neque viæ vestræ, viæ meæ,
dicit Dóminus. Quia sicut exal-
tántur cæli à terra, sic exaltatæ
sunt viæ meæ à vijs vestris, & co-
gitationes meæ à cogitationibus
vestris. Et quómodo descéndit im-
ber, & nix de cælo, & illuc ultra
non reuertitur, sed inébriat ter-
ram, & infúndit eam, & germi-
nâre eam facit, & dat semen se-
rénti, & panem comedénti: sic
erit verbum meum, quod egre-
diétur de ore meo: non reuer-
tétur ad me vácuum, sed fáciat
quæ-

quæcúmque volui, & prosperábitur in his, ad quæ misi illud: dicit Dóminus omnipotens.

Orémus. Flectámus gēna. *re.* Leuáte.

Oracion.

OMnípotens sempitérne Deus, multiplica in honórem nóminis tui quod patrum fidei spondísti: & promissiónis filios sacra adoptiōne diláta: vt quod prióres sancti non dubitauerunt futúrum, Ecclesia tua magna iam ex parte cognóscat implétum. Per Dóminum nostrum.

Profecia sexta. *Baruch. 3. b*

AVdi Israél mandata vitæ: áuribus pécipe, vt scias prudentiam. Quid est Israél, quòd in terra inimicòrum es? Inueterásti in terra aliéna, coinquinátus es cum mórtuis: deputátus es cum

F f

descén-

descendentibus in infernum. Dereliquisti fontem sapientiae. Nam si in via Dei ambulasses, habitasses utrique in pace sempiterna. Disce ubi sit prudentia, ubi sit virtus, ubi sit intellectus: ut scias simul ubi sit longiturnitas vitae & victus, ubi sit lumen oculorum, & pax. Quis inuenit lumen eius? & quis intravit in thesauros eius? Ubi sunt principes Gentium, & qui dominantur super bestias, quae sunt super terram? qui in auibus caeli ludunt, qui argentum thesaurizant, & aurum, in quo confidunt homines, & non est finis acquisitionis eorum? qui argentum fabricant, & solliciti sunt, nec est inuentio operum illorum? exterminati sunt, & ad inferos descenderunt, & alij loco eorum surtexerunt.

runt. Iúvenes vidérunt lumen, & habitauerunt ſuper terram: viam autem diſciplínæ ignorauerunt, neque intellexerunt ſémitas eius, neque filij eórum ſuſceperunt eam, à fácie ipſórum longè facta eſt: non eſt audíta in Terra Chánaan, neque viſa eſt in Theman. Filij quoque Agar, qui exquírunt prudéntiam quæ de terra eſt, negotiatóres Merrhæ, & Theman, & fabulatóres, & exquiſitóres prudéntiæ & intelligéntiæ: viam autem ſapiéntiæ neſciérunt, neque commemoráti ſunt ſémitas eius. O Iſraël, quàm magna eſt domus Dei, & ingens locus poſſeſſiõnis eius! Magnus eſt, & non habet finem: excélfus & imménſus. Ibi fuérunt gigántes nomináti illi, qui ab inítio fuérunt, ſtatúra magna,

452 Sabado Santo,
sciētes bellum. Non hos elēgit
Dóminus, neque viam discipli-
næ inuenērunt: propterea periē-
runt. Et quóniam non habué-
runt sapiētiā, interiērunt pro-
pter suā insipiētiā. Quis ad-
scēdit in cælum, & accēpit eam,
& edúxit eam de núbibus? Quis
transfretâuit mare, & inuēnit il-
lam? & áttulit illam super aurum
eléctum? Non est qui possit scire
vias eius, neque qui exquîrat sé-
mitas eius: sed qui scit vniuersa,
nouit eam, & adinuēnit eam pru-
dētia sua: qui præparâuit terram
in ætérno tēpore, & replēuit
eam pecúdibus, & quadrupédi-
bus: qui emíttit lumen, & vadit:
& vocâuit illud, & obêdit illi in
tremóre. Stellæ autem dedērunt
lumen in custódijs suis, & lætætæ
sunt:

sunt : vocatæ sunt, & dixerunt:
 Adsumus : & luxerunt ei cum iu-
 cunditate, qui fecit illas. Hic est
 Deus noster, & non æstimabitur
 alius aduersus eum. Hic adinuēnit
 omnem viam disciplinæ, & tradi-
 dit illam Iacob puero suo, & Is-
 raël dilecto suo. Post hæc in terris
 visus est, & cum hominibus con-
 uersatus est.

O rēmus. Flectāmus gēna. & Le-
 uāte. Oracion.

DEus, qui Ecclesiam tuam
 semper Gēntium vocatiōne
 multīplicas: concēde propitius; vt
 quos aqua baptīsmatis abluis, con-
 tīnua protectiōne tueāris. Per Dō-
 minum nostrum Iesum Christum
 Fīlium tuum : Qui tecum viuit
 & regnat in vnitāte Spīritus san-
 ctī Deus.

Profecia settima. *Ezech. 37.*

IN diêbus illis: Facta est super
 me manus Dómini, & edúxit
 me in spírítu Dómini: & dimísit
 me in médio campi, qui erat ple-
 nus óssibus; & circumdúxit me
 per ea in gyro: erant autem multa
 valdè super fáciem campi, sícca-
 que veheménter. Et dixit ad me:
 Fili hóminis, putásne viuent ossa
 ista? Et dixi: Dómine Deus, tu
 nosti. Et dixit ad me: Vaticináre
 de óssibus istis: & dices eis: Of-
 sa árida audíte verbum Dómi-
 ni. Hæc dicit Dóminus Deus ós-
 sibus his: Ecce ego intromíttam
 in vos spírítum, & viuétis Et da-
 bo super vos neruos, & succré-
 scere fáciám super vos carnes, &
 superexténdam in vobis cutem:
 & dabo vobis spírítum, & vi-
 uétis,

uētis, & sciētis quia ego Dóminus. Et prophetaui sicut præcéperat mihi: factus est autem sónitus prophetánte me, & ecce commótió: & accesserunt ossa ad ossa, vnumquódque ad iunctûram suam: Et vidi, & ecce super ea nerui & carnes ascendérunt: & exténta est in eis cutis désuper, & spíritum non habebant. Et dixit ad me: Vaticináre ad spíritum, vaticináre fili hóminis, & dices ad spíritum: Hæc dicit Dóminus Deus: A quátuor ventis veni spíritus, & insúffla super interféctos istos, & reuiuíscent. Et prophetaui sicut præcéperat mihi: & ingressus est in ea spíritus, & vixerunt: steterúntque super pedes suos exércitus grandis nimis valdè. Et dixit ad me: Fili

hóminis, ossa hæc vniuersa, domus
 Israël est: ipsi dicunt: Aruerunt
 ossa nostra, & perijt spes nostra,
 & abscissi sumus. Propterea vati-
 cinare, & dices ad eos: Hæc dicit
 Dóminus Deus: Ecce ego aperiam
 túmulos vestros, & edúcam vos de
 sepúlchris vestris, pópulus meus:
 & indúcam vos in terram Israël.
 Et sciētis quia ego Dóminus,
 cùm aperúero sepúlchra vestra,
 & edúxero vos de túmulis vestris,
 pópule meus: & dédero spíritum
 meum in vobis, & vixeritis, &
 requiescere vos fáciam super hu-
 mum vestram: dicit Dóminus
 omnípotens.

O rēmus. Flectāmus gēnua. *R.* Le-
 uāte. Oración.

DEus, qui nos ad celebrán-
 dum Paschále sacraméntum,
 vtriús-

vtriúsq̄ue testaménti páginis ín-
struis: da nobis intellígere mise-
ricórdiam tuam; vt ex perceptiõ-
ne præsentium múnorum, firma
sit expectátio futurõrum. Per Dó-
minum nostrum Iesum Christum
Fílium tuum: Qui tecum viuit &
regnat in vnitáte Spíritus sancti
Deus, per ómnia sæcula sæculõ-
rum. *R.* Amen.

Profecia otava.

Isaia 4.

A Pprehéndent septem mulié-
res virum vnum in die illa,
dicétes: Panem nostrum come-
demus, & vestiméntis nostris ope-
riémur: tantúmmodò inuocétur
nomen tuum super nos, aufer
oppróbrium nostrum. In die il-
la, erit germen Dómini in ma-
gnificéntia & glória, & fructus
terræ sublîmis: & exultátio his

qui saluati fuerint de Israël. Et erit: Omnis qui relictus fuerit in Sion, & residuus in Ierusalem, sanctus vocabitur, omnis qui scriptus est in vita in Ierusalem. Si abluerit Dominus sordes filiarum Sion, & sanguinem Ierusalem lauerit de medio eius, in spiritu iudicij, & spiritu ardoris. Et creabit Dominus super omnem locum montis Sion, & ubi inuocatus est, nubem per diem, & fenum & splendorem ignis flammantis in nocte: super omnem enim gloriam protectio. Et tabernaculum erit in umbraculum diei ab æstu, & in securitatem, & absconsionem à turbine, & à pluuia.

Tracto. Vinea facta est dilecto in cornu, in loco uberi. *v.* Et macé-

maceriam circúndedit, & circumfôdit: & plantâuit vineam Sorec, & ædificâuit turrim in médio eius. v̄. Et torcûlar fodit in ea: vinea enim Dómini fábaoth, domus Israël est.

O rēmus. Flectāmus gēnuā. R̄. Leuāte.

Oracion.

DEus, qui in ómnibus Ecclēsiæ tuæ filiis, sanctórum Prophetárum voce manifestásti, in omni loco dominatiónis tuæ, factórem te bonórum séminum, & electórum pálimitum esse cultórem: tríbue pópulis tuis, qui & vineárum apud te nómine censentur & ségetum; vt, spinárum & tribulórum squalóre refecáto, digna efficiántur fruge fecúndi. Per Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum.

Profecia nona. *Exod. 12.*

IN diēbus illis : Dixit Dóminus ad Móysen & Aaron in Terra Ægypti : Mensis iste, vobis principium mēnsium: primus erit in mēnsibus anni. Loquimini ad vniuersum cœtum filiôrum Israël, & dícite eis : Décima die mensis huius tollat vnusquísque agnum per famílias & domos suas. Sin autem minor est númerus vt suffícere possit ad vescéndum agnum, assûmet vicinum suum, qui iunctus est dómui suæ, iuxta númerum animârum quæ suffícere possunt ad esum agni. Erit autem agnus absque mácula, másculus, annículus : iuxta quem ritum tollêtis & hoedum. Et seruábitis eum vsque ad quartam décimam diem mensis huius : immola-

molabítque eum vniuersa multi-
túdo filiôrum Israël ad vésperam.
Et sument de sáanguine eius, ac po-
nent super vtrúmque postem, &
in superlimináribus domôrum, in
quibus cómedent illum. Et edent
carnes nocte illa assas igni, & ázy-
mos panes cum lactúcis agrésti-
bus. Non comedêtis ex eo cru-
dum quid, nec coctum aqua, sed
tantùm assum igni: caput cum
pédibus eius & intestínis vorábi-
tis. Nec remanêbit quidquam ex
eo vsque manè. Si quid resíduum
fúerit, igne comburêtis. Sic autem
comedêtis illum: Renes vestros ac-
cingêtis, & calceaménta habébi-
tis in pédibus, tenéntes báculos in
mánibus, & comedêtis festinán-
ter: est enim Phase (id est tránssi-
tus) Dómini.

Orêmus. Flectâmus gênuâ. R. Le-
uâte. Oracion.

OMnîpotens sempitêrne Deus,
qui in ômnium ôperum tuô-
rum dispensatiône mirâbilis es: in-
telligant redempti tui, non fuîsse
excellêntius quòd inîtio factus
est mundus, quàm quòd in finê
sæculôrum Pascha nostrum in-
molâtus est Christus. Qui tecum
viuit & regnat.

Proteciâ decima. *Ionæ 3.*

IN diêbus illis: Factum est ver-
bum Dómini ad Ionam Pro-
phêtam secúndò, dicens: Surge, &
vade in Nínien ciuitâtem ma-
gnam: & prædica in ea prædica-
tióne, quam ego loquor ad te.
Et surréxit Ionas, & ábijt in Ní-
niuen iuxta verbum Dómini. Et
Níniue erat ciuitas magna itinere
diêrum

diêrum trium. Et cœpit Ionas introire in ciuitâtem itinere diêi vniûs : & clamâuit, & dixit: Adhuc quadraginta dies, & Níniue subuertêtur. Et credidêrunt viri Níniuitæ in Deum : & prædicauerunt ieiúnum, & vestiti sunt faccis à maiôre vsque ad minôrem. Et peruênit verbum ad regem Níniue : & surrexit de sólio suo, & abiêcit vestiméntum suum à se, & indûtus est sacco, & sedit in cínere. Et clamâuit, & dixit in Níniue ex ore regis, & príncipum eius, dicens : Hómines, & iuménta, & boues, & pécora non gustent quidquam : nec pascântur, & aquam non bibant. Et operiántur faccis hómines, & iuménta, & clament ad Dóminum in fortitúdine : & conuertâtur vir à

via

464 Sabado Santo,
via sua mala, & ab iniquitate,
quæ est in manibus eorum. Quis
scit, si conuertatur, & ignoscat
Deus: & reuertatur à furore iræ
suæ, & non peribimus? Et vidit
Deus opera eorum, quia conuersi
sunt de via sua mala: & misertus
est populo suo, Dominus Deus
noster.

Oremus. Flectamus genua. *R.* Le-
uante.

Oratio.

Deus, qui diuersitatem Gén-
tium in confessione tui nó-
minis adunasti: da nobis & velle
& posse quæ præcipis; vt populo
ad æternitatem vocato, vna sit fi-
des mentium, & pietas actiõnum.
Per Dominum nostrum.

Profecia vndecima. *Deut. 31. f*
In diebus illis: Scripsit Mõyses
canticum, & docuit filios Israël.
Præce-

Præcepitque Dóminus Iósue filio Nun, & ait: Confortâre, & esto robústus: tu enim introdúces filios Israël in Terram, quam pollicitus sum, & ego ero tecum. Postquam ergo scripsit Móyses verba legis huius in volúmine, atque complêuit: præcêpit Leuítis, qui portábant arcam foederis Dómini, dicens: Tóllite librum istum, & pónite eum in látere arcæ foederis Dómini Dei vestri: vt fit ibi contra te in testimónium. Ego enim scio contentiônem tuam, & ceruícem tuam duríssimam. Adhuc viuente me, & ingrediente vobíscum, semper contentiósè egístis contra Dóminum: quantò magis cùm mór-tuus fúero? Congregâte ad me omnes maióres natu per tribus vestras,

stras, atque doctóres, & loquar audiéntibus eis sermónes istos, & inuocábo contra eos cælum & terram. Noui enim quòd post mortem meam iníquè agétis, & declinábitis citò de via, quam præcépi vobis: & occúrrent vobis mala in extrémò témpore, quando fecéritis malum in conspéctu Dómini, vt irritétis eum per ópera mánuum vestrârum. Locútus est ergo Móyses, audiénte vniuerso cœtu Israël, verba cárminis huius, & ad finem vsque complèuit.

Tracto. Atténde cælum, & loquar: & áudiat terra verba ex ore meo. *ψ*. Expectétur sicut plúvia elóquium meum: & descéndant sicut ros verba mea. *ψ*. Sicut imber super gramen, & sicut nix super fœnum: quia nomen Dómini

mini inuocâbo. *ψ*. Date magnitudinem Deo nostro: Deus, vera ópera eius, & omnes viæ eius iudícia. *ψ*. Deus fidêlis, in quo non est iníquitas: iustus & sanctus Dóminus.

Orêmus. Flectâmus génuâ. & Leuâte. Oracion.

DEus. celsitúdo humílium, & fortitúdo rectórum: qui per sanctum Móysen púerum tuum, ita erudíre pópulum tuum sacri cárminis tui decantatióne voluísti, vt illa legis iterátio, fieret étiam nostra directio: éxcita in omnem iustificatârum Géntium plenitúdinem poténtiam tuam, & da lætítiam, mitigándo terrórem: vt ómnium peccátis tua remissióne delétis, quod denuntiátum est in vltiónem, tránseat in

468 Sabado Santo,
salutem. Per Dominum nostrum
Iesum Christum Filium tuum:
Qui tecum viuit.

Profecia duodecima. *Dan. 3.*

IN diēbus illis: Nabuchodóno-
sor rex fecit státuam áuream,
altitúdine cubitôrum sexaginta,
latitúdine cubitôrum sex, & stá-
tuit eam in campo Dura prouín-
ciæ Babylônis. Itaque Nabucho-
dónosor rex misit ad congregán-
dos sátrapas, magistrátus, & iú-
dices, duces, & tyránnos, & præ-
fectos, omnesque príncipes regiô-
num, vt conuenírent ad dedica-
tiónem státuæ, quam eréxerat
Nabuchodónosor rex. Tunc con-
gregati sunt sátrapæ, magistrá-
tus, & iúdicēs, duces, & tyrán-
ni, & optimátes qui erant in po-
restátibus constitúti, & vniuersi
prínci-

príncipes regiõnum , vt conuenirent ad dedicatiõnem státuæ , quam eréxerat Nabuchodónosor rex . Stabant autem in conspéctu státuæ , quam posúerat Nabuchodónosor rex : & præco clamábat valénte : Vobis dicitur pópulis , tribubus , & linguis : In hora , qua audiéritis sónitum tubæ ; & fistulæ , & cítharæ , sambúcæ , & psaltérij , & symphoníæ , & vniuersi géneris musicõrum , cadentes adorâte státuam áuream , quam constituit Nabuchodónosor rex . Si quis autem non prostrâtus adorauerit , eâdem hora mittetur in fornâcem ignis ardéntis . Post hæc igitur statim vt audiérunt omnes pópuli sónitum tubæ , fistulæ , & cítharæ , sambúcæ , & psaltérij , & symphoníæ , & omnis géneris

musicorum : cadentes omnes populi, tribus, & linguæ adorauerunt statuam auream, quam constituerat Nabuchodonosor rex. Statimque in ipso tempore accedentes viri Chaldæi accusauerunt Iudæos : dixeruntque Nabuchodonosor regi: Rex in æternum vive : tu rex posuisti decretum, ut omnis homo, qui audierit sonitum tubæ, fistulæ, & citharæ, sambucæ, & psalterij, & symphoniæ, & vniuersi generis musicorum, prosternat se, & adoret statuam auream : si quis autem non proci dens adorauerit, mittatur in fornacem ignis ardentis. Sunt ergo viri Iudæi, quos constituisti super opera regionis Babylonis, Sidrach, Misach, & Abdénago: viri isti contempserunt, rex, decretum

crêtum tuum : deos tuos non colunt, & státuam áuream, quam erexísti, non adórant. Tunc Nabuchodónosor in furóre & in ira præcêpit vt adduceréntur Sidrach, Misach, & Abdénago: qui confestim addúcti sunt in conspéctu regis. Pronuntiánsque Nabuchodónosor rex, ait eis: Verè ne Sidrach, Misach, & Abdénago, deos meos non cólitis : & státuam áuream, quam constítui, non adorâtis ? Nunc ergo si estis parâti, quacúmque hora audiéritis sónitum tubæ, fístulæ, cítharæ, sambúcæ, & psalterij, & symphoníæ, omnísque generis musicôrũ, prostérnite vos, & adorâte státuam, quam feci: quòd si non adorauéritis, eâdem hora mittémini in fornâcem ignis ardentis: & quis est Deus, qui erípiet

vos de manu mea? Respondentes Sidrach, Misach, & Abdénago, dixerunt regi Nabuchodónosor: Non opórtet nos de hac re respondere tibi. Ecce enim Deus noster, quem cólimus, potest erípere nos de camíno ignis ardéntis, & de mánibus tuis, ô rex, liberâre. Quòd si nolúerit, notum sit tibi, rex, quia deos tuos non cólimus, & státuam áuream, quam erexísti, non adorâmus. Tunc Nabuchodónosor replétus est furóre: & aspéctus faciéi illíus immutátus est super Sidrach, Misach, & Abdénago, & præcêpit vt succenderetur fornax septuplura quam succéndi consuéuerat. Et viris fortíssimis de exercitu suo iussit, vt ligáris pédibus Sidrach, Misach, & Abdénago, mitterent eos in fornâcem

nâcem ignis ardéntis. Et confestim viri illi vincti, cum braccis suis, & tiâris, & calceaméntis, & véstibus, missi sunt in médium fornâcis ignis ardéntis: nam iússio regis vrgêbat: fornax autem succénfa erat nimis. Porro viros illos, qui míserant Sidrach, Misach, & Abdénago, interfêcit flamma ignis. Viri autem hi tres, id est, Sidrach, Misach, & Abdénago, ceciderunt in médio camíno ignis ardéntis, colligâti. Et ambulábant in médio flammæ laudântes Deum, & benedicéntes Dómino.

Aqui no se dice, Flectâmus génuâ. pero solo. Orêmus.

Oracion.

OMnípotens sempitérne Deus, spes única mundi, qui Prophetârum tuôrum præcónio, præ-

sentium tēporum declarásti my-
stéria : auge pópuli tui vota placâ-
tus: quia in nullo fidélium, nisi ex
tua inspiratiōe, prouēniunt qua-
rūnlibet incrementa virtūtum.
Per Dóminum nostrum.

Acabado todo esto, si la Iglesia
hubiere Pila de Bautismo, le bendi-
cirá el Sacerdote con capa viola-
da; precederá la Cruz, candeleros,
y vn Cirio bendito y encendido.
Viene a la Pila el Sacerdote con
el Clero y Ministros vestidos: y
mientras tanto se canta el Tracto
que se sigue.

Sicut ceruus desiderat ad fon-
tes aquarum : ita desiderat ánima
mea ad te, Deus. *V.* Situit ánima
mea ad Deum viuum : quando
uideram, & apparêbo ante faciē
Dni? *V.* Fuērunt mihi lácrymæ
meæ

meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi per singulos dies: Vbi est Deus tuus?

Luego el Sacerdote, antes de empezar a bendecir la Pila, dice esta Oracion a cerca de la Pila. *ÿ. Dóminus vobíscum. R̄. Et cum spírítu tuo.*

O r̄emus. Oracion.

OMnípotens sempitérne Deus, réspice propítius ad deuotiõnem pópuli renascéntis, qui sicut ceruus, aquârum tuârum expetit fontem: & concêde propítius; vt fidei ipsíus fitis, baptísmatis mystério ánimam corpúsque sanctíficet. Per Dóminum nostrum. *R̄. Amen.*

Luego enpieça bendecir la Pila de Bautismo; y dice *ÿ. Dóminus vobíscum. R̄. Et cum spírítu tuo.*

O r̄e-

O rēmus.

Oracion.

OMnīpotens sempitērne Deus,
 adēsto magnæ pietâtis tuæ
 mystērijs , adēsto sacramētis :
 & ad recreāndos nouos pōpu-
 los , quos tibi fons baptīma-
 tis pārturit , Spīritum adoptiō-
 nis emitte : vt quod nostræ hu-
 militâtis gerēndum est ministē-
 rio , virtūtis tuæ impleatur ef-
 fectu . Per Dōminum nostrum
 Iesum Christum Fīlium tuum :
 Qui tecum viuit & regnat in
 vnitāte eiūsdem Spīritus sancti
 Deus.

Con voz mas sonora prosigue
 en tono del Prefacio.

PER ōmnia sæcula sæculōrum.
 R. Amen. v̄. Dōminus vobīs-
 cum. R. Et cum spīritu tuo. v̄. Sur-
 sum corda. R. Habēmus ad Dō-
 minum.

minum. v̄. Grátias agâmus Dó-
mino Deo nostro. R. Dignum &
iústum est. Verè dignum & iu-
stum est, æquum & salutâre, nos
tibi semper & vbîque grátias áge-
re, Dómine sancte, Pater omni-
potens, ætérne Deus. Qui inui-
síbili poténtia, sacramentórum
tuórum mirabíliter operâris effe-
ctum: Et licet nos tantis mysté-
rijs exequéndis simus indígni: tu
tamen grátiaæ tuæ dona non dé-
ferens, étiam ad nostras preces,
aures tuæ pietâtis inclínas. Deus,
cuius spíritus super aquas, inter
ipsa mundi primórdia ferebâtur:
vt iam tunc virtûtem sanctifica-
tiónis, aquârum natûra concípe-
ret. Deus, qui nocéntis mundi
crímína per aquas ábluens, rege-
neratiónis spéciem in ipsa dilúuij
effu-

effusiōne signāsti: vt vn̄us eiuf-
 démque elemēti mystério, & fi-
 nis esset v̄itijs, & or̄igo virtuti-
 bus. Rēspice Dōmine in faciē
 Ecclēsiæ tuæ, & multiplicā in
 ea regeneratiōnes tuas, qui gr̄a-
 tiæ tuæ affluētis impetu lætifi-
 cas ciuitātem tuam: fontēque
 baptīsmatis āperis toto orbe terrā-
 rum Gētibus innouādis: vt tuæ
 maiestātis império, sumat Vni-
 gēniti tui gr̄atiam de Sp̄ritu san-
 cto. [En llegando aqui, el Sacerdo-
 te diuide el agua en cruz con la
 mano, y la enzuga luego, diciē-
 do.] Qui hanc aquam regene-
 rādis hominibus præparātā,
 arcāna sui nūminis admixtiō-
 ne fecūdet: vt sanctificatiōne
 concēpta, ab immaculāto diuī-
 ni fontis ūteto, in nouam renā-
 ta

ta creaturam, progenies cælestis emérget: Et quos aut sexus in corpore, aut ætas discérnit in tempore, omnes in vnam páriat grátia mater infántiam. Procul ergo hinc, iubénte te Dómine, omnis spíritus immúndus abscédat: procul tóta nequítia diabólicæ fraudis absístat. Nihil híc loci hábeat contráriæ virtútis admíxtio: non infidiándo circúmuolet: non laténdo subrêpat: non inficiéndo corúmpat. [Toca al agua con su mano.] Sit hæc sancta & innocens creatúra, líbera ab omni impugna-tóris incúrso, & totíus nequítie purgáta discéssu. Sit fons viuus, aqua regénerans, vnda puríficans: vt omnes hoc lauácro salutífero diluéndi, operánte in eis Spírítu sancto, perfectæ purgatiónis indulgén-

dulgéntiam consequántur. [Hace tres cruces sobre la Pila, y dice.] Vnde benedíco te creatúra aquæ, per Deum ✠ uiuum, per Deum ✠ verum, per Deum ✠ sanctum: per Deum, qui te in principio, verbo separauit ab árida: cuius spíritus super te ferebátur. [Diuide el agua con la mano, y la echa acia las quatro plagas del mundo; y dice.] Qui te de paradísi fonte manâre fecit, & in quatuor flumínibus totam terram rigâre præcêpit. Qui te in deserto amâram, suauitâte índita fecit esse potábilem, & sitiénti pópulo de petra produxit. Be ✠ nedíco te & per Iesum Christum Fílium eius únicum Dóminum nóstro: qui te in Cana Galilææ signo admirábili, sua potén-

tia

ria conuertit in uinum. Qui pedibus super te ambulauit : & à Ioanne in Iordâne in te baptizatus est. Qui te unà cum sanguine de latere suo produxit : & discipulis suis iussit , ut credentes baptizarèntur in te, dicens: Ite, docete omnes Gentes , baptizantes eos in nómine Patris, & Fílij, & Spíritus sancti.

Muda la voz, y profigue en tono de Leccion.


HÆc nobis præcepta seruántibus , tu Deus omnípotens, clemens adésto : tu benígnus adspíra. Comunica su aliento al agua tres vezes, diciendo: Tu has simplices aquas tuo ore benedícto : ut præter naturâlem emundatiônem , quam lauândis possunt adhibère corpóribus, sint etiã

H h

puri-

Sabado Santo,
purificándis méntibus' eficáces.

Mete el Sacerdote vn poco del Cirio en el agua; y en tono de Prefacio dice: **Descéndat in hanc plenitudinem fontis virtus Spíritus sancti.**

Saca el Cirio del agua; y bueluele a meter mas profundamente, y repite en voz mas alta, **Descéndat in hanc.** Buelue tercera vez a meter el Cirio hasta el fondo, y en voz aun mas alta repite otra vez, **Descéndat** como arriba. Luego sopla tres vezes el agua conforme esta figura:  y prosigue. **Totámque huius aquæ substantiam regenerándi fecúndet effectu.** [Aquí se saca el Cirio del agua; y prosigue el Sacerdote, diciendo] **Hic omnium peccatorum máculæ deleántur: híc natúra ad imáginem**

nem tuam cón dita ; & ad honô-
rem sui reformâta princípíj, cun-
ctis verustâti squalóribus emun-
dêtur : vt omnis homo sacramén-
tum hoc regeneratiônis ingrêssus,
in veræ innocétiæ nouam infân-
tiam renascâtur.

Lee lo que se sigue.

Per Dóminũ nostrũ Iesum Chri-
stum Fílium tuum : qui ventûrus
est iudicâre viuos & mórtuos, &
sæculum per ignem. R̄. Amen.

Los Sacerdotes que estuuieren
presentes hechan de aquella agua
bendita al pueblo. Vno de los Mi-
nistros de la Iglesia tomará en
vna Pila portatil de aquella agua
bendita, para rociar las casas y
necesitados. Despues el Sacer-
dote que bendixo la Pila del
Bautismo, derrama en cruz vn

Sabado Santo,
poco del Oleo bautifmal en el
agua, y dice:

Sanctificetur, & fecundetur fons
iste oleo salutis renascentibus ex
eo, in vitam æternam. *R.* Amen.

Y luego derrama tambien en cruz
un poco de la Crisma, diciendo:

Infusio Chrismatis Domini no-
stri Iesu Christi, & Spiritus sancti
Paracleti, fiat in nomine sanctæ
Trinitatis. *R.* Amen.

Luego toma el Sacerdote las
dos anpollas (la del Oleo, y la de
la Crisma) y derramandolas en
cruz, dice:

Conmixtio Chrismatis sanctifi-
cationis, & olei unctiõnis, &
aquæ baptismatis, pariter fiat, in
nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lij, &
Spiritus ✠ sancti. *R.* Amen.

Luego mezcla el Oleo con el
agua,

agua, y con su mano la esparce por toda la Pila. Si vuiere alguien que bautizar, harase como se acostumbra. Luego boluiendose el Sacerdote y los Ministros al Altar, cantan las Letanias dos Clerigos, repitiendo todo el verso el Coro.

¶ Donde no ay Pilas de Bautismo, acabada la vltima Profecia con su Oracion, el que celebra se quita la casulla; y el y los Ministros se postran delante del Altar, y todos los demas se arrodillan. Cantan la Letania en medio del Coro dos Cantores, y responden juntos ambos coros; y en llegando al verso Peccatores, rogâmus, el Sacerdote y los Ministros se leuantan, y yendo a la Sacristia se visten de blanco para

decir la Miffa : entretanto fe encienden velas en el Altar : y al fin de las Letanias fe cantan los Kyrie eléifon, con gran folenidad, repitiendofe como otras vezes.

KYrie eléifon. Chriſte eléifon. Kyrie eléifon. Chriſte audi nos. Chriſte exaudi nos,

pater de cælis Deus, Miſerêre nobis.

Fili Redemptor mundi Deus, miſerêre nobis.

Spíritus ſancte Deus, miſerêre nobis.

ſancta Trínitas vnus Deus, miſerêre nobis.

ſancta Mariâ, Ora pro nobis,

ſancta Dei génitrix, ora.

ſancta Virgo vírginum, ora.

ſancte Michaël, ora.

San-

Sancte Gábriël,	ora.
Sancte Ráphaël,	ora.
Omnes sancti Angeli & Archán- geli,	Orâte pro nobis.
Omnes sancti beatôrum spirítuum órdines,	orâte pro nobis.
Sancte Ioánnes Baptísta,	ora.
Omnes sancti Patriárchæ & Pro- phétæ,	orâte.
Sancte Petre,	ora.
Sancte Paule,	ora.
Sancte Andréa,	ora.
Sancte Ioánnes,	ora.
Omnes sancti Apóstoli & Euan- gelístæ,	orâte pro nobis.
Omnes sancti Discípuli Dómini,	orâte pro nobis.
Sancte Stéphane,	ora.
Sancte Laurenti,	ora.
Sancte Vincéti,	ora.
Omnes sancti Mártyres,	orâte.

488. Sabado Santo,
 Sancte Siluéster, ora:
 Sancte Gregóri, ora.
 Sancte Augustíne, ora.
 Omnes sancti Pontífices & Con-
 fessóres, orâte pro nobis.
 Omnes sancti Doctóres, orâte.
 Sancte Antóni, ora.
 Sancte Benedícite, ora.
 Sancte Domínice, ora.
 Sancte Francísce, ora.
 Omnes sancti Sacerdótes & Le-
 uítæ, orâte pro nobis.
 Omnes sancti Mónachi & Ere-
 mítæ, orâte pro nobis.
 Sancta Mariá Magdalêna, ora.
 Sancta Agnes, ora.
 Sancta Cæcília, ora.
 Sancta Agatha, ora.
 Sancta Anastásia, ora.
 Omnes sanctæ Vírgines & Ví-
 uítæ, orâte pro nobis.
 Omnes

O mnes Sancti & Sanctæ Dei, In-
tercédite pro nobis.

Propítius esto, Parce nobis Dñe.

Propítius esto, Exáudi nos Dñe.

A b omni malo, Líbera nos Dñe.

A b omni peccáto, líbera.

A morte perpétua, líbera.

P er mystérium sanctæ incarnatiô-
nis tuæ, líbera.

P er aduéntum tuum, líbera.

P er natiuitâtem tuam, líbera.

P er baptísmum & sanctum ieiú-
nium tuum, líbera.

P er crucem & passiônem tuam,
líbera nos Dómine.

P er mortem & sepultûram tuam,
líbera nos Dómine.

P er sanctam resurrectiônem tuam,
líbera nos Dómine.

P er admirábilem ascensiônem
tuam, líbera nos Dómine.

Per aduentum Spíritus sancti Pa-
 rácliti, líbera.

In die iudícij, líbera nos Dómine.

Peccatóres, Te rogâmus audi nos.

Vt nobis parcas, te rogâmus.

Vt Ecclesiã tuam sanctã ré-
 gere & conseruãre dignêris, te
 rogâmus audi nos.

Vt domnum Apostólicum &
 omnes Ecclesiásticos órdenes
 in sancta Religiõne conseruãre
 dignêris, te rogâmus.

Vt inimicos sanctæ Ecclesiæ hu-
 miliãre dignêris, te rogâmus.

Vt Régibus & Princípiibus Chri-
 stiãnis pacem & verã concór-
 diam donãre dignêris, te rog.

Vt nosmetípsos in tuo sancto fer-
 uítio confortãre & conseruãre
 dignêris, te rogâmus.

Vt omnibus benefactóribus no-
 stris

stris sempiterna bona retribuas,
te rogâmus audi nos.

Vt fructus terræ dare & conseruâ-
re dignêris, te rogâmus.

Vt omnibus fidelibus defunctis
réquiem æternam donâre di-
gnêris, te rogâmus audi nos.

Vt nos exaudîre dignêris, te rog.

Agnus Dei, qui tollis peccâta
mundi, parce nobis Dómine.

Agnus Dei, qui tollis peccâta
mundi, exáudi nos Dómine.

Agnus Dei, qui tollis peccâta
mundi, miserere nobis.

Christe audi nos. Christe exáu-
di nos,

Los Cantores con gran solemnidad
enpieçan a cantar Kyrie eléison.
Christe eléison, Kyrie eléison,
repitiendolo tres vezes como se
suele hazer. Entretanto el Sacer-
dote

dote y Ministros, con ornamentos blancos, entran en el Altar, y dicho el Salmo, I údica me Deus, con G lória Patri, dira la Confession como otras vezes. Subiendo despues, besará el Altar, incensarále como suele, y en acabandose de cantar el Kyrie eléïson, entonará soleneamente el G lória in excélsis. y se tocarán las campanas.

GLória in excélsis Deo. Et in terra pax homínibus bonę voluntâtis. Laudâmus te, Benedícimus te, Adorâmus te, G loricâmus te. G râtias ágimus tibi propter magnam glóriam tuam. D ómine Deus Rex cæléstis, Deus Pater omnípotens. D ómine Fili vnigénite Iesu Chrïste. D ómine Deus, agnus Dei, Fílius Patris. Qui tollis peccâta mundi,
mi-

miserere nobis. Qui tollis peccata mundi, suscipe deprecationem nostram. Qui sedes ad dexteram Patris, miserere nobis. Quoniam tu solus sanctus, Tu solus Dominus, Tu solus altissimus, Iesu Christe, Cum sancto Spiritu, in gloria Dei Patris, Amen.

Despues dirá el Sacerdote, Dñs vobiscum &. Et cum spiritu tuo.

O remus. Oracion.

DEus, qui hanc sacratissimam noctem gloria Domínicæ resurrectionis illustras: conserva in noua familiæ tuæ progénie adoptionis Spiritum, quem dedisti: ut corpore & mente renouati, puram tibi exhibeant seruitutem. Per eundem Dóminum nostrum, in vnitáte eiusdem Spiritus sancti Deus, per ómnia.

Lectio

L éctio Epístolæ beāti Pauli Apó-
stoli ad Colossēses. *Cap. 3.*

Fratres: Si consurrexístis cum
Christo, quæ sursum sunt quæ-
rite, vbi Christus est in dextera
Dei sedens: quæ sursum sunt fá-
píte, non quæ super terram. Mór-
tui enim estis, & vita vestra est
abscondita cum Christo in Deo.
Cùm Christus apparúerit, vita
vestra: tunc & vos apparébitis
cum ipso in glória.

Acabada la Epístola, el que ce-
lebra enpeçará el Allelúia.

Cantarale tres vezes, siempre
con voz mas alta: y despues de
cada vez, el Coro le repite al mis-
mo tono. Luego profigue el Coro,
v. **Confitémini Dómino, quó-
niam bonus: quóniam in sæculum
misericórdia eius.**

Despues

Despues se dice el Tracto.

Laudate Dóminum omnes Gen-
tes: & collaudate eum omnes pó-
puli. *v.* Quóniam confirmata est
super nos misericórdia eius: & vé-
ritas Dómini manet in ætérnum.

Al Euangelio nõ se lleuan luces
encendidas; solo incienso. Pídesse
la Bendicion, y se hace lo demas
como otras vezes.

Sequéntia sancti Euangélij secún-
dum Matthæum. *Cap. 28.*

V Espere autem sabbati, quæ
lucéscit in prima sabbati, ve-
nit Mariâ Magdaléne, & áltera
Mariâ vidére sepúlchrum. Et ec-
ce terræmótus factus est magnus.
Angelus enim Dómini descéndit
de cælo: & accédens reuóluit lápi-
dem, & sedébat super eum: erat
autem aspéctus eius sicut fulgur:

&

& vestiméntum eius sicut nix. Præ timóre autem eius extérriti sunt custódes, & facti sunt velut mórtui. Respóndens autem Angelus, dixit muliéribus: Nolíte timére vos: scio enim, quòd Iesum, qui crucifixus est, quæritis: non est hîc: surrexit enim, sicut dixit. Veníte, & vidète locum, vbi pósitus erat Dóminus. Et citò eúntes, dícite discípulis eius quia surrexit: & ecce præcêdit vos in Galilæam: ibi eum vidébitis. Ecce prædíxi vobis.

No se dice **Credo**, sino luego en acabandose el Euangelio, dirá el Sacerdote, **Dóminus vobíscum.** y despues, **Orémus.** No ay **Oferitorio.** Al **Lauábo** se dice **Gloria Patri.** **Secreta.**

SVscipe, quæsumus Dómine, preces pópuli tui, cum oblatiõnibus

nibus hostiarum: ut Paschalis
 initiata mysterijs, ad aeternitatis
 nobis medelam, te operante, pro-
 ficiant. Per Dominum nostrum Je-
 sum Christum. Prefacion.

V Erè dignum & iustum est, æ-
 quum & salutare, Te quidem
 Dómine omni tempore, sed in hac
 potissimum nocte gloriósius præ-
 dicare, cum Pascha nostrum im-
 molatus est Christus, Ipse enim ve-
 rus est Agnus, qui abstulit peccata
 mundi. Qui mortem nostram
 moriendo destruxit, & vitam re-
 surgendo reparauit. Et ideo cum
 Angelis & Archangelis, cum
 Thronis & Dominationibus,
 cumque omni militia caelestis ex-
 ercitus, hymnum gloriæ tuæ cani-
 mus, sine fine dicentes:

Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dó-

428. Sabado Santo,
minus Deus Sábaoth. pleni sunt
cæli & terra glória tua, Hosanna
in excélsis. Benedíctus qui venit
in nómine Dómini, Hosanna in
excélsis. Infra actionem.

Communicántes, & noctem
sacratíssimam celebrántes Re-
surrectiõnis Dómini nostri Iesu
Christi secúndum carnem: sed &
memóriam venerántes, in primis
gloriósæ semper vírginis Mariæ,
genitrícis eiúsdem Dei & Dómini
nostri Iesu Christi; &c.

Hanc ígitur oblatiõnem serui-
tútis nostræ, sed & cunctæ fa-
míliae tuæ, quam tibi offérimus
pro his quoque, quos regenerâre
dignâtus es ex aqua & Spírítu fan-
cto, tribuens eis remissiõnem óm-
nium peccatõrum, quæsumus Dó-
mine, vt placâtus accípias, &c.

Dice-

Dicese, Pax Dómini sit semper vobíscum. pero no se da osculo de paz. No se dice, Agnus Dei, ni Poscomunión, pero diranse antes de la Comunión las tres Oraciones que se suelen.

Despues de consumido el Santissimo Sacramento, enpieça el Coro las Visperas, cuya Antifona es, Allelúia, allelúia, allelúia. y Salmo 116.

L Audâte Dñm omnes Gentes:
 Laudâte eum omnes pópuli:
 Quóniam confirmâta est super
 nos misericórdia eius: * & véritas
 Dómini manet in ætérnum.

Gloria Patri, & Fílio. Sicut erat.
 Antif. Allelúia, allelúia, allelúia.

No se dice Capitulo, ni Hymno, ni verso; pero el que celebra luego canta la Antifona del Magnificat,

500 Sabado Santo,
que es, Vésperæ autem sabbati,
y profigue el Coro, quæ lu-
césцит in prima sabbati: venit Ma-
riá Magdaléne, & áltera Mariá,
vidére sepúlchrum, allelúia.

Cantan luego.

Cantico de N. Señora.

Luca 1. c

MAgnificat * ánima mea Dó-
minum:

Et exultáuit spíritus meus * in
Deo salutári meo.

Quia respéxit humilitátem ancillæ
suæ: ecce enim ex hoc beátam me
dicent omnes generatiónes.

Quia fecit mihi magna, qui po-
tens est: * & sanctum nomen eius.

Et misericórdia eius à progénie in
progénies * timéntibus eum.

Fecit poténtiam in bráchio suo: *
dispérfit supérbos mente cordis sui.

Depó-

D epósuit potentes de sede,* & ex-
altáuit húmiles.

E. furientes impléuit bonis:* & di-
uites dimísit inanes.

S uscépit Israël púerum suum,*
recordátus misericórdiæ suæ.

Sicut locútus est ad patres no-
stros,* Abraham, & femini eius
in sæcula.

G lória Patri, & Fílio.

Incienfate, como se suele hacer
en otras Visperas solenes.

Repetida la Antifona, dice el
que celebra: Dóminus vobíscum.

R. Et cum spírítu tuo. Oremus.

S píritum nobis Dómine tuæ
charitátis infunde: vt quos sa-
craméntis Paschálibus fatiásti, tua
fácias pietáte concórdes. Per Dó-
minum. in vnitáte eiúsdem Spíri-
tus sancti Deus.

502 Sabado Santo,
Luego dice **Dóminus vobíscum.**

Y el Diacono vuelto al pueblo canta, **Ite missa est, allelúia, allelúia. R. Deo grátias, allelúia, allelúia.**

El Sacerdote dicho el **Pláceat tibi sancta Trínitas**, da la bendición como otras vezes.

Fuera el Coro, dicho el **Pater noster**, y **Aue María**, se enpieçan las **Visperas** absolutamente de la Antifona. **Allelúia, allelúia, allelúia.**

Salmo 116.

Laudâte Dñm omnes Gentes:
Laudâte eum omnes pópuli:
Quóniam confirmâta est super
nos misericórdia eius: * & véritas
Dómini manet in ætérnum.
Glória Patri, & Fílio. Sicut erat.

An-

Antif. Allelúia, allelúia, allelúia.

Capitulo, y Hymno, y verso, no se dicen.

Al Magnificat, Antifona.

Vésperere autem sabbati, quæ lucéscit in prima sabbati, venit María Magdaléne, & áltera María, vidére sepúlchrum, allelúia.

Cantico, Magnificat. 500. con Glória Patri. y repitese la Antifona. Vésperere autem sabbati.

Después Dóminus vobíscum.

Oremus.

Oracion.

Spiritum nobis, Dómine, tuæ charitátis infúnde: vt quos Sacraméntis Paschálibus satiásti, tuafácias pietâte concórdes. Per Dóminum. in vnitâte eiúsdem Spíritus sancti Deus.

Después Dñs vobíscum. **R.** Et cum spírítu tuo. **V.** Benedicámus

504 Sabado Santo,
Dómino, allelúia, allelúia. R. Deo
grátias, allelúia, allelúia.

Luego añadese el Pater noster.
y nada mas.

A COMPLETAS.

El Lector enpieça y. Iube dom-
ne benedícere, Bendicion. No-
ctem quiétam, & finem perfectum
concedat nobis Dóminus omní-
potens. R. Amen.

Oracion breue. *R. Petri 5. c*

FRatres, Sóbrij estóte, & vigi-
láte: quia aduersarius vester
diabolus tamquam leo rú-
giens circuit quærens quem de-
uoret: cui resistite fortes in fi-
de. Tu autem Dómine, miserere
nobis. R. Deo grátias.
y. Adiutórium nostrum in nómi-
ne Dómini. R. Qui fecit cælum

&

& terram. Pater noster. d'cese todo paso.

Luego la Confession comun alternatiuamente.

Dada la Absolucion, se dice el verso,

Conuerte nos Deus salutaris noster. R. Et auerte iram tuam a nobis. V. Deus in adiutorium meum intende. R. Domine ad adiuuandum me festina.

Glória Patri. Sicut erat.

Y no se dice mas, Laus tibi Domine, Rex aeternae gloriae. pero en lugar del se dice, Alleluia.

Luego sin Antifona se dicen los Salmos acostumbraados.

Salmo 41.

Cum inuocarem, exaudiuit me Deus iustitiae meae. in tribulatione dilatasti mihi.

Miserere mei, * & exaudi orationem meam.

Filij hominum usquequò graui corde? * vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?

Et scitote quoniam mirificauit Dominus sanctum suum: * Dñs exaudiet me, cum clamauero ad eum.

Inscimini, & nolite peccare: * quædicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris compungimini.

Sacrificate sacrificium iustitiæ, & sperate in Domino. * Multi dicunt: Quis ostendit nobis bona?

Signatum est super nos lumen vultus tui Domine: * dedisti lætitiā in corde meo.

A fructu frumenti, vini, & olei sui * multiplicati sunt.

In pace in idipsum * dormiam, & requiescam;

Quo-

Quóniam tu Dómine singuláriter in spe * constituísti me.

G lória Patri, & Fílio. Salmo 30.

IN te Dómine speráui, non confundar in ætérnum: * in iustitia tua líbera me.

I nclína ad me aurem tuam, * accélera vt éruas me.

Esto mihi in Deum protectôrem: & in domum refúgij, * vt saluum me fácias.

Quóniam fortitúdo mea, & refúgium meum es tu: * & propter nomen tuum dedúces me, & enútries me.

E dúces me de láqueo hoc, quem abscondérunt mihi: * quóniam tu es protector meus.

In manus tuas comméndo spíritum meum: * redemísti me Dómine Deus veritátis. Glória Patri.

Salmo

Qui habitat in adiutorio Altissimi, * in protectione Dei caeli commemorabitur.

Dicet Domino: Susceptor meus es tu, & refugium meum: * Deus meus sperabo in eum.

Quoniam ipse liberauit me de laqueo venantium, * & a verbo aspero.

Scapulis suis obumbrabit tibi: * & sub pennis eius sperabis.

Scuto circumdabit te veritas eius: * non timebis a timore nocturno,

A sagitta volante in die, a negotio perambulante in tenebris: *

ab incursu, & daemónio meridiano.

Cadent a latere tuo mille, & decem millia a dextris tuis: * ad te autem non appropinquabit.

Verum-

Verúntamen óculis tuis confide-
rábis: * & retributiónem peccató-
rum vidébis.

Quóniam tu es Dómine spes
mea: * altíssimum posuísti refú-
gium tuum.

Non accêdet ad te malum: * &
flagellum non appropinquâbit ta-
bernáculo tuo.

Quóniam Angelis suis mandâuit
de te: * vt custódiant te in ómni-
bus viis tuis.

In mánibus portábunt te: * ne
fortè offendas ad lápidem pedem
tuum.

Super áspidem & basilíscum am-
bulâbis: * & concalcâbis leónem
& draconem.

Quóniam in me sperâuit, libera-
bo eum: * prótegam eum, quó-
niam cognôuit meum.

Clamâ-

Clamabit ad me, & ego exaudiam eum: * cum ipso sum in tribulatione: eripiam eum, & glorificabo eum.

Longitudine dierum replabo eum: * & ostendam illi salutarem meum.

Gloria Patri, & Filio.

Salmo 133.

ECce nunc benedicite Dominum, * omnes serui Domini: Qui statis in domo Domini, * in atribus domus Dei nostri, In noctibus extollite manus vestras in sancta, * & benedicite Dominum.

Benedicat te Dominus ex Sion, * qui fecit caelum & terram.

Gloria Patri, & Filio.

No se dice Capitulo, ni verso, ni Hymno.

Antifona. Vespere autem sabbati.

Cantico de Simeon. *Luca 2. e*

Nunc dimittis seruum tuum
Dómine, * secúndum ver-
bum tuum in pace:

Quia vidérunt óculi mei * salutáre
tuum,

Quod parásti * ante fáciem óm-
nium populórum;

Lumen ad reuelatióem Gén-
tium, * & glóriam plebis tuæ Israël.

Glória Patri, & Fílio.

Antif. Vespere autem sabbati, quæ
lucéscit in prima sabbati, venit Ma-
ría Magdaléne, & áltera María, vi-
dère sepúlchrum, allelúia.

✠. Dóminus vobíscum. *R.* Et
cum spírítu tuo.

O rēmus. Oracion.

Visita, quæsumus Dómine,
habitatióem istam, & om-

512 Sabado Santo,
nes insídias inimíci ab ea longè
repelle: Angeli tui sancti hábitent
in ea; qui nos in pace custódiant:
& benedíctio tua sit supér nos
semper. Per Dóminum nostrum
Iesum Christum Fílium tuum:
Qui tecum viuit.

ŷ. Dóminus vobíscum. R. Et cum
spíritu tuo. ŷ. Benedicâmus Dó-
mino. R. Deo grátias. Bendi-
cion. Benedícat & custódiat nos
omnípotens. & misericors Dómi-
nus, Pater, & Fílius, & Spíritus san-
ctus. R. Amen.

Antifona.

R Egína cæli letâre, allelúia,
Quia quem meruísti portâre,
allelúia,
Resurrexit sicut dixit, allelúia,
Ora pro nobis Deum, allelúia.
ŷ. Gaude & letâre virgo Ma-
ría,

rîa, allelúia. R. Quia surrexit Dóminus verè, allélúia.


Oracion.

DEus, qui per resurrectiõnem Fílij tui Dómini nostri Iesu Christi mundum lætificâre dignâtus es: præsta quæsumus; vt per eius genitrícem vírginem Maríam, perpétuæ capiâmus gáudia vitæ. Per eundem Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

ÿ. Diuînum auxiliûm máneat semper nobíscum. R. Amen.

Dicese secreto, Pater noster, Ave María, y Credo.

Y no se hincan de rodillas por todo el tiempo de la Pascua, hasta el Sabado de Pentecostes a Nona.



DOMINGO

DE PASCUA.

A MAYTINES.

Pater noster. Ave María. Credo. pascó : y luego con voz clara se dice v̄. **Dómine lábia mea apé-**
ries. R. **Et os meum annuntiábit**
laudem tuam. v̄. **Deus in adiutó-**
rium meum inténde. R. **Dómine**
ad adiuuándum me festína. **Gloria**
Patri, & Fílio, & Spiritui san-
cto. Sicut erat in principio, &
nunc, & semper, & in sæcula sæ-
culórum, Amen. Alleluia.

Invitatorio.

Surrexit Dóminus verè, Alle-
luia. Repitese, Surrexit Dóminus
verè, alleluia.

Salmo 94.



Eníte, exultémus Dó-
mino, iubilémus Deo
salutári nostro: præoc-
cupémus fáciem eius
in confessiõne; & in psalmis iubi-
lémus ei.

Surréxit Dóminus verè, allelúia.
Quóniam Deus magnus Dómi-
nus, & Rex magnus super omnes
deos: quóniam non repellet Dó-
minus plebem suam, quia in ma-
nu eius sunt omnes fines terræ, &
altitúdines móntium ipse cónspi-
cit. Allelúia.

Quóniam ipsíus est mare, & ip-
se fecit illud, & áridam fundaué-
runt manus eius: veníte adoré-
mus, & procidámus ante Deum:
plorémus coram Dómino, qui fe-
cit nos, quia ipse est Dóminus
Deus

Deus noster : nos autem pópulus
eius, & oues páscuæ éius.

Surréxit Dóminus verè, allelúia.

Hódie si vocé eius audiéritis, nolíte
obdurâre corda vestra, sicut in
exacerbatióne secúndum diem ten-
tatiónis in deserto: vbi tentauerunt
me patres vestri, probauerunt, &
vidérunt ópera mea. Allelúia.

Quadráginta annis próximus fui
generatióni huic, & dixi, Semper
hi errant corde: ipsi verò non
cognouerunt vias meas, quibus
iuráui in ira mea, si introibunt in
réquiem meam.

Surréxit Dóminus verè, allelúia.

Gloria Patri, & Fílio, & Spirítui
sancto: Sicut erat in princípio, &
nunc, & semper, & in sæcula sæcul-
lòrum, Amen. Allelúia.

Surréxit Dóminus verè, allelúia.

518 Domingo de Pascua,

No ay Hymno ni Capítulos en las Horas, hasta el Sabado antes del Domingo siguiente; ni tambien versos, si no es en los Noturnos.

Al Noturno, Antifona.

Ego sum qui sum, & consilium meum non est cum impijs, sed in lege Dómini voluntas mea est, allelúia. Salmo 1.

BEatus vir, qui non abiit in consilio impiórum, & in via peccatórum non stetit, * & in cáthedra pestilentiae non sedit:

Sed in lege Dómini voluntas eius: * & in lege eius meditabitur die ac nocte.

Et erit tamquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, * quod fructum suum dabit in tempore suo.

Et fólium eius non defluet: * & omnia

omnia quæcúmque faciet, prosperabuntur.

Non sic impij, non sic: * sed tamquam pulvis, quem proijcit ventus à facie terræ.

Ideo non resurgent impij in iudicio: * neque peccatores in concilio iustorum.

Quoniam nouit Dñs viam iustorum: * & iter impiorum peribit.

Gloria Patri, & Filio,

Antifona. Ego sum qui sum, & consilium meum non est cum impijs, sed in lege Domini voluntas mea est, allelúia.

Antif. Postuláui Patrem meum, allelúia: dedit mihi gentes, allelúia, in hereditatem, allelúia.

Salmo 2.

QVare fremuerunt Gentes, * & populi meditati sunt inania?

520 Domingo de Pascua.

A stiterunt reges terræ, & principes conuenērunt in vnum * aduersus Dóminum, & aduersus Christum eius.

Dirumpâmus víncula eorum: * & proijciâmus à nobis iugum ipsorum.

Qui hábitat in cælis, irridêbit eos: * & Dóminus subsannâbit eos.

Tunc loquêtur ad eos in ira sua, * & in furóre suo conturbâbit eos.

Ego autem constitûtus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum eius, * prædicans præcéptum eius.

Dóminus dixit ad me: * Fílius meus es tu, ego hódie genui te.

Póstula à me, & dabo tibi Gentes hereditâtem tuam, * & possessiõnem tuam términos terræ.

Reges eos in virga fërrea, * & tamquam vas figuli confrínges eos.

Et

E t nunc reges intelligite: * erudí-
mini qui iudicâtis terram.

S eruîte Dómino in timóre: * &
exultâte ei cum tremóre.

A pprehéndite disciplinam, ne
quando irascâtur Dóminus, * &
pereâtis de via iusta.

C ùm exârserit in breui ira eius, *
beâti omnes qui confidunt in eo.

G lória Patri, & Fílio.

Antifona. Postuláui Patrē meum,
allelúia: dedit mihi gentes, allelúia,
in hereditâtem, allelúia.

Antif. Ego dormíui, & somnū cepi:
& exurréxi, quóniam Dñs fuscêpit
me, allelúia, allelúia. Salmo 3.

Domine, quid multiplicâti sunt
qui tríbulant me? * multi in-
fúrgunt aduérsum me.

M ulti dicunt ánimæ meæ: * Non
est salus ipsi in Deo eius.

522 Domingo de Pascua,

Tu autem Dñe suscéptor meus es,
glória mea, & exáltás caput meum.

Voce mea ad Dóminum clamá-
ui: * & exaudiuit me de monte
sancto suo.

Ego dormíui, & soporátus sum: *
& exurrexi, quia Dñs suscépit me.

Non timébo míllia pópuli cir-
cumdántis me: * exúrge Dómine,
saluum me fac Deus meus.

Quóniam tu percussísti omnes
aduersántes mihi sine causa: * den-
tes peccatórum contriúísti.

Dómini est salus: * & super póp-
ulum tuum benedíctio tua.

Gloria Patri, & Fílio.

Antif. Ego dormíui, & somnum
cepi: & exurrexi, quóniam Dómi-
nus suscépit me, allelúia, allelúia.

✠ Surrexit Dóminus de sepúlchro,
allelúia. ✠ Qui pro nobis pepén-
dit

dit in ligno, allelúia. Pater noster.

Absolucio. Exáudi Dómine Iesu
Christe preces seruôrum tuôrum,
& miserere nobis, qui cum Patre
& Spírítu sancto uiuis & regnas
in sæcula sæculôrum. *R.* Amen.

v. Iube domne benedícere. Ben-
dicion. Euangélica léctio sit nobis
salus & protéctio. *R.* Amen.

Léctio sancti Euangélij secúndum
Marcum, Leccion j. *Cap. 16.*

IN illo témpore: Mariâ Mag-
daléne, & Mariâ Iacóbi, & Sa-
lôme emérunt arómata, vt veniën-
tes úngerent Iesum. Et réliqua.

Homilía sancti Gregórij Papæ.

Homilia 21. in Euangelia.

A Udístis, fratres charíssi-
mi, quòd sanctæ mulieres,
quæ Dóminum fúerant se-
cútæ, cum aromátibus ad moni-
mentum

524 Domingo de Pascua,
mémentum venérunt, & ei quem vi-
uentem diléxerant, étiam mórtuo,
stúdio humanitâtis obsequúntur.
Sed res gesta, áliquid in sancta Ec-
clésia signat geréndum. Sic. quip-
pe necesse est vt audiâmus quæ fa-
cta sunt, quâtenus cogitémus ét-
iam quæ nobis sint ex eôrum imi-
tatiône faciéndâ. Et nos ergo in
eum, qui est mórtuus, credentes,
si odôre virtûtum referti, cum opi-
niône bonôrum óperum Dómi-
num quærimus, ad monuméntum
proféctò illius cum aromátibus
venîmus. Illæ autem mulieres
Angelos vident, quæ cum aromá-
tibus venérunt: quia videlicet il-
læ mentes supérnos ciues aspí-
ciunt, quæ cum virtûtum odó-
ribus ad Dóminum per sancta
desidéria proficiscúntur. Tu au-
tem

tem Dómine miserere nobis.

R. Deo grátias.

R. Angelus Dómini descendit de cælo, & accédens reuóluit lápidem, & super eum sedit, & dixit muliéribus: * Nolite timère: scio enim quia crucifixum quæritis: iam surrexit: veníte, & videte locum, vbi pósito erat Dóminus, allelúia. V. Et introeúntes in monumentum, viderunt iúuenem sedentem in dextris, coopertum stola cándida, & obstupuérunt: qui dixit illis. Nolite. Glória Patri, & Fílio, & Spirítui sancto. Y tepitese. R. Angelus Dómini. hasta el verso.

Luego se dice V. Iube domne benedícere. Bendicion. Diuínium auxílium máneat semper nobiscum. R. Amen.

NOtandum verò nobis est, quidnam sit, quòd in dextris sedere Angelus cernitur. Quid namque per sinistram, nisi vita præsens, quid verò per dexteram, nisi perpétua vita designatur? Unde in Canticis canticorum scriptum est: Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Quia ergo Redemptor noster iam præsentis vitæ corruptionem transierat, rectè Angelus, qui nuntiare perennem eius vitam venerat, in dextera sedebat: Qui stola candida coopertus apparuit: quia festiuitatis nostræ gaudia nuntiavit. Candor etenim vestis, splendorem nostræ denuntiat solemnitatis. Nostræ dicamus, an suæ? Sed vt fateamur verius, & suæ dicamus,

dicâmus, & nostræ. Illa quippe Redemptoris nostri resurrectio & nostra festiuitas fuit, quia nos ad immortalitatem redûxit: & Angelorum festiuitas extitit, quia nos reuocâdo ad cælestia, eorum nûmerum implêuit. Tu autem Dómine miserere nobis.

Ps. Deo grátias.

Ps. Cùm transisset sabbatum, Mariâ Magdalène, & Mariâ Iacobi, & Salóme emérunt arómata, * Vt venientes úngerent Iesum, allelúia, allelúia. y. Et valdè manè vna Sabbatorum veniunt ad monuméntum, orto iam sole. Vt venientes. G. lória Patri. Vt venientes. y. TUBE domne. BENDICION. Ad societatem ciuium supernorum perdúcat nos Rex Angelorum. Ps. Amen.

IN sua ergo ac nostra festiuitate Angelus in albis vestibus apparuit: quia dum nos per resurrectionem Dominicam ad superna reducimur, caelestis patriae damna reparantur. Sed quid aduenientes feminas affatur, audiamus. Nolite expauescere. Ac si aperte dicat: Paveant illi, qui non amant aduentum supernorum civium: pertimescant, qui carnalibus desiderijs pressi, ad eorum se societatem pertingere posse desperant. Vos autem cur pertimescitis, quæ vestros conciuēs vidētis? Vnde & Matthæus Angelum apparuisse describens, ait: Erat aspectus eius sicut fulgur, & vestimenta eius sicut nix. In fulgure etenim terror timoris est, in niue autem blan-

blandiméntum candôris . Tu au-
tem Dómine miserêre nobis.

R. Deo grátias.

Hymno de san Ambrosio y de
san Augustin.

TE Deum laudâmus: te Dó-
minum confitêmur.

Te ætérnum Patrem: omnis terra
venerâtur.

Tibi omnes Angeli: tibi cæli, &
vniuersæ potestâtes.

Tibi Chérubim & Séraphim: in-
cessábili voce proclâmant.

Sanctus, Sanctus, Sanctus: Dó-
minus Deus sábaoth.

Pleni sunt cæli & terra: maiestâ-
tis glóriæ tuæ.

Te gloriôsus Apostolôrum cho-
rus,

Te Prophetârum laudábilis nú-
merus,

530 Domingo de Pascua,
Te mártýrum candidátus laudat
exércitus.

Te per orbem terrárum, sancta
confitêtur Ecclésia,
Patrem imménsæ maiestâtis,
Venerándum tuum verum, &
únicum Fílium,
Sanctum quoque Paráclitum Spí-
ritum.

Tu Rex glóriæ Christe.

Tu Patris sempitérnus es Fílius.

Tu ad liberándú susceptûrus hó-
minē: nō horruísti Vírginis úterú.

Tu deuícto mortis acúleo: aperuí-
stí credéntibus regna cælórum.

Tu ad déxteram Dei sedes: in gló-
ria Patris.

Iudex créderis esse ventûrus.

Te ergo quæsumus, tuis fámulis
súbueni: quos pretiósó sáanguine
redemísti.

Ætér-

Æ térna fac cum sanctis tuis : in glória numerári.

Saluum fac pópulum tuum Dómine: & bédedic hereditátituaæ.

Et rege eos : & extólle illos vsque in ætérnum.

Per síngulos dies, benedícimus te.

Et laudâmus nomen tuum in sæculum: & in sæculum sæculi.

Dignâre Dómine die isto: sine peccáto nos custodîre.

Miserêre nostri Dómine: miserêre nostri.

Fiat misericórdia tua Dómine super nos : quemádmodum speráuimus in te.

In te Dómine speráui: non confundar in ætérnum.

A LAVDES, v̄.

DEus in adiutórium meum inténde. R. Dómine ad adiu-

532 Domingo de Pascua,
uándum me festína. G lória Patri,
& Fílio, & Spirítui sancto. Sicut
erat in princípío, & nunc, & sem-
per, & in sæcula sæculôrum, A-
men. Allelúia.

Antifona. Angelus autem Dómini
descéndit de cælo, & accédens re-
uóluit lápidem, & sedêbat super
eum, allelúia, allelúia. Salmo 92.

Dominus regnâuit, decôrem
indûtus est: * indûtus est
Dóminus fortitúdinem, &
præcínxit se.

E tenim firmâuit orbem terræ, *
qui non commouébitur.

P arâta sedes tua ex tunc: * à sæ-
culo tu es.

E leuauerunt flúmina Dómine: *
eleuauerunt flúmina vocem suam.

E leuauerút flúmina fluctus suos, *
à vóci bus aquârum multârum.

Mirá-

Mirábiles elatiónes maris, * mirá-
bilis in altis Dóminus.

Testimónia tua credibília facta
sunt nimis: * domum tuam decet
sanctitúdo Dómine in longitúdi-
nem diêrum. Glória Patri, & Fílio.

Antifona. Angelus autem Dómini
descéndit de cælo, & accédens re-
uóluit lápidem, & sedêbat super
eum, allelúia, allelúia.

Antif. Et ecce terræmôtus factus
est magnus: Angelus enim Dómi-
ni descendit de cælo, allelúia.

Salmo 99.

I Vbilâte Deo omnis terra: * ser-
uîte Dómino in lætítia.

Introíte in conspéctu eius, * in ex-
ultatióne.

Scitôte quóniam Dóminus ipse est
Deus: * ipse fecit nos, & nō ipsi nos:
Pópulus eius, & oves páscuæ

534 Domingo de Pascua,
eius: * introïte portas eius in con-
fessiône, átria eius in hymnis: con-
fitémini illi.

Laudáte nomen eius: quóniam
suáuis est Dóminus, in ætérnum
misericórdia eius, * & vsque in
generatiónem & generatiónem
véritas eius.

G lória Patri, & Fílio.

Antif. Et ecce terræmôtus factus
est magnus: Angelus enim Dómi-
ni descéndit de cælo, allelúia.

Antifona. Erat autem aspéctus eius
sicut fulgur, vestiménta autem eius
sicut nix, allelúia, allelúia.

Salmo 62.

DEus Deus meus * ad te de luce
vígilo.

Sitiuit in te ánima mea, * quàm
multipliciter tibi caro mea.

In terra desérta, & ínuiá, & ina-
quósa: *

quósa: * sic in sancto apparui tibi,
vt vidêrem virtûtem tuam, & gló-
riam tuam.

Quóniam mélior est misericórdia
tua super vitas: * lábia mea lau-
dábunt te.

Sic benedîcam te in vita mea: * & in
nómine tuo leuábo manus meas.

* Sicut ádipe & pinguédine repleâ-
tur ánima mea: * & lábijs exulta-
tiônis laudábit os meum.

Si memor fui tui super stratum
meum, in matutínis meditabor in
te: * quia fuísti adiûtor meus.

Et in velaménto alârum tuârum
exultábo, adhæsit ánima mea post
te: * me suscêpit dextera tua.

Ipsi verò in vanum quæsiêrunt
ánimam meam, introíbunt in in-
feriôra terræ: * tradéntur in manus
gládijs, partes vûlpium erunt.

Rex verò lætabitur in Deo, laudabuntur omnes qui iurant in eo: * quia obstructum est os loquentium iniqua.

Salmo 66.

DEus misereatur nostri, & benedicat nobis: * illuminet vultum super nos, & misereatur nostri:

Vt cognoscamus in terra viam tuam, * in omnibus gentibus salutare tuum.

Confiteantur tibi populi Deus: * confiteantur tibi populi omnes.

Lætentur & exultent Gentes: * quoniam iudicas populos in æquitate, & Gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi Deus: confiteantur tibi populi omnes: * terra dedit fructum suum.

Benedicat nos Deus, Deus noster,
bene-

benedicat nos Deus: * & métuant
eum omnes fines terræ.

Glória Patri, & Fílio.

Antif. Erat autem aspéctus eius
sicut fulgur, vestiménta autem
eius sicut nix, allelúia, allelúia.

Antiphona. Præ timóre autem eius
extérriti sunt custódes, & facti sunt
velut mórtui, allelúia.

Cantico de los tres niños del hor-
no de Babylonia. *Dan. 3.*

Benedícite ómnia ópera Dó-
mini Dómino: * laudáte &
superexaltáte eum in sæcula.

Benedícite Angeli Dómini Dó-
mino: * benedícite cæli Dómino.

Benedícite aquæ omnes, quæ su-
per cælos sunt, Dómino: * bene-
dícite omnes virtútes Dómini
Dómino.

Benedícite sol & luna Dómino: *

benedícite stellæ cæli Dómino.

Benedícite omnis imber & ros
Dómino: * benedícite omnes spíri-
tus Dei Dómino.

Benedícite ignis & æstus Dómi-
no: * benedícite frigus & æstus Dó-
mino.

Benedícite rores & pruîna Dómi-
no: * benedícite gelu & frigus Dó-
mino.

Benedícite glácies & niues Dó-
mino: * benedícite noctes & dies
Dómino.

Benedícite lux & ténebræ Dómi-
no: * benedícite fúlgura & nubes
Dómino.

Benedícat terra Dóminum: * lau-
det & superexáltet eum in sæcula.

Benedícite montes & colles Dó-
mino: * benedícite vniuersa ger-
minántia in terra Dómino.

Bene-

Benedícite fontes Dómino: * benedícite mária & flúmina Dómino.

Benedícite cete, & ómnia quæ mouéntur in aquis, Dómino: * benedícite omnes volúces cæli Dómino.

Benedícite omnes béstia & pécora Dómino: * benedícite filij hóminum Dómino.

Benedîcat Israël Dóminum: * laudet & superexáltet eum in sæcula.

Benedícite sacerdótes Dómini Dómino: * benedícite serui Dómini Dómino.

Benedícite spíritus & ánimæ iustórum Dómino: * benedícite sancti & húmiles corde Dómino.

Benedícite Ananía, Azaría, Mísaël Dómino: * laudâte & superexaltâte eum in sæcula.

Bene-

540 Domingo de Pascua,
Benedicâmus Patrem & Fílium
cum sancto Spírítu: * laudêmus
& superexaltêmus eum in sæcula.

Benedíctus es Dómine in firma-
ménto cæli: * & laudábilis, & glo-
riôsus, & superexaltâtus in sæcula.

Antifona. Præ timóre autem eius
extérriti sunt custódes, & facti
sunt velut mórtui, allelúia.

Antifona. Respóndens autem An-
gelus, dixit muliéribus: Nolíte ti-
mêre: scio enim quòd Iesum quæ-
ritis, allelúia.

Salmo 148.

Laudâte Dóminum de cælis: *
laudâte eum in excélsis.

Laudâte eum omnes Angeli eius: *
laudâte eum omnes virtútes eius.

Laudâte eum sol & luna: * laudâte
eum omnes stellæ & lumen.

Laudâte eum cæli cælôrum: * &
aquæ

aquæ omnes quæ super cælos sunt,
laudent nomen Dómini.

Quia ipse dixit, & facta sunt: * ipse
mandâuit, & creâta sunt.

Státuit ea in ætérnum, & in sæ-
culum sæculi: * præcéptum pòsuit,
& non præteríbit.

Laudâte Dóminum de terra: *
dracónes, & omnes abyssi:

Ignis, grando, nix, glácies, spíri-
tus procellârum: * quæ faciunt
verbum eius:

Montes, & omnes colles: * ligna
fructífera, & omnes cedri:

Béstia, & vniuersa pécora: * ser-
péntes, & vólucres pennatæ:

Reges terræ, & omnes pópu-
li: * príncipes, & omnes iúdicés
terræ.

Iúvenes, & vírgines: senes cum
iunióribus laudent nomen Dó-
mini: *

542 Domingo de Pascua,
mini: * quia exaltatum est nomen
eius solius.

Confessio eius super cælum &
terram: * & exaltavit cornu pó-
puli sui.

Hymnus ómnibus sanctis eius: *
filijs Israël, pópulo appropinquán-
ti sibi. Salmo 149.

CAntate Dómino cánticum
nouum: * laus eius in Ecclesia
sanctórum.

Lætetur Israël in eo, qui fecit
eum: * & filij Sion exúltent in
rege suo.

Laudent nomen eius in choro: * in
tympano & psalterio psallant ei.

Quia beneplácitum est Dómino
in pópulo suo: * & exaltábit man-
suétos in salútem.

Exultábunt sancti in glória: * læ-
tabúntur in cubílibus suis.

Exal-

Exaltationes Dei in gutture eorum : * & gladij accipites in manibus eorum :

Ad faciendam vindictam in nationibus : * increpationes in populis.

Ad alligandos reges eorum in compedibus : * & nobiles eorum in manibus ferreis.

Ut faciant in eis iudicium conscriptum : * gloria hæc est omnibus sanctis eius. Salmo 150.

Laudate Dominum in sanctis eius : * laudate eum in firmitate virtutis eius.

Laudate eum in virtutibus eius : * laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius.

Laudate eum in sono tubæ : * laudate eum in psalterio, & cithara.

544 Domingo de Pascua,
Laudâte eum in tympano, &
choro: * laudâte eum in chordis,
& órgano.

Laudâte eum in cymbalis bene-
sonântibus: laudâte eum in cym-
balis iubilatiônis: * omnis spírítus
laudet Dóminum.

Glória Patri, & Fílio.

Antifona. Respóndens autem An-
gelus, dixit muliéribus: Nolíte ti-
mêre: scio enim quòd Iesum quæ-
ritis, allelúia.

Capitulo, Hymno y verso no
se dicen; pero en lugar dellos la
Antifona siguiente.

HÆc dies, quam fecit Dñs: ex-
ultêmus & lætêmur in ea.

Al Benedictus, Antifona:
Et valdè manè vna Sabbatôrum
veniunt ad monuméntum, orto
iam sole, allelúia.

Cantico de Zacharia. *Luce 1.g*

Benedíctus Dóminus Deus Ís-
raël, * quia visitâuit, & fecit
redemptiônem plebis suæ:

Et eréxit cornu salûtis nobis, * in
domo David púeri sui.

Sicut locûtus est per os sanctô-
rum, * qui à sæculo sunt, prophe-
târum eius:

Salûtem ex inimícis nostris, * & de
manu óminium, qui odérunt nos:

Ad faciéndam misericórdiam
cum pátribus nostris: * & memo-
râri testaménti sui sancti.

Iusiurándum, quod iurâuit ad
Abraham patrem nostrum, * datû-
rum se nobis:

Vt sine timôre de manu inimicô-
rum nostrôrum liberâti, * seruiâ-
mus illi,

In sanctitâte & iustítia coram
M m ipso,

546 Domingo de Pascua,
ipso, * ómnibus diêbus nostris.
Et tu puer, Prophêta Altíssimi vo-
cáberis: * præîbis enim ante fáciem
Dómini parâre vias eius:

Ad dandam sciéntiam salûtis ple-
bi eius: * in remissiónem peccatô-
rum eôrum.

Per víscera misericórdiæ Dei no-
stri: * in quibus visitâuit nos, óriens
ex alto:

Illumináre his, qui in ténebris, &
in vmbra mortis sedent: * ad diri-
gêndos pedes nostros in viã pacis.

G lória Patri, & Fíliæ.

Antifona. Et valdè manè vna Sab-
batôrum véniunt ad monumén-
tum, orto iam sole, allelúia.

Oracion.

DEus, qui hodiérna die per V-
nigénitum tuum, æternitátis
nobis áditum deuícta morte rese-
rásti:

rásti: vota nostra, quæ præueniēdo aspíras, étiam adiuuádo prosequere. Per eúmdem Dóminum. *ŷ.* Dóminus vobíscum. *ꝛ.* Et cum spírítu tuo. *ŷ.* Benedicámus Dómino, allelúia, allelúia. *ꝛ.* Deo grátias, allelúia, allelúia.

Así se acaban Visperas y Laudes solamente, hasta las Visperas del Sabado in Albis inclusiuamente.

ŷ. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiēscant in pace. *ꝛ.* Amen

A P R I M A.

Dicho, Deus in adiutórium, & Glória Patri, se diran los Salmos, Deus in nómine tuo, Beáti immaculáti, y Retribue. como arriba a pag. 192. y en acabandolos se dice la Antif. Hæc dies, quam fecit Dñs: exultémus, & lætémur in ea.

Domine Deus omnipotens, qui ad principium huius diei nos peruenire fecisti: tua nos hodie salua virtute; vt in hac die ad nullum declinemus peccatum, sed semper ad tuam iustitiam faciendam nostra procedant eloquia, dirigantur cogitationes & opera. Per Dominum nostrum.

ꝰ. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo. ꝰ. Benedicamus Domino. R. Deo gratias.

Luego en el Coro se lee el Martyrologio: y el Semanero dice
ꝰ. Pretiosa in conspectu Domini.
R. Mors sanctorum eius.

Y esta Oracion, sin decir Oremus.

Sancta Maria, & omnes sancti
intercedant pro nobis ad Dominum: vt nos mereamur ab eo
adiu-

adiuuári & saluári, qui uiuit & re-
gnat in sæcula sæculòrũ. R. Amen.

ŷ. Deus in adiutórium meum in-
tènde. R. Dómine ad adiuuán-
dum me festína. Diceſe tres vezes:
y a la vltima ſe añade, Glória Pa-
tri. Sicut erat. Kyrie eléiſon. Chri-
ſte eléiſon. Kyrie eléiſon. Pater
noſter. palo. ŷ. Et ne nos indúcas
in tentatiõnem. R. Sed líbera nos à
malo. ŷ. Réſpice in ſeruos tuos
Dómine, & in ópera tua, & díri-
ge fílios eòrum. R. Et ſit ſplendor
Dómini Dei noſtri ſuper nos, &
ópera mánuum noſtrárum dírige
ſuper nos, & opus mánuum no-
ſtrárum dírige. ŷ. Glória Patri.
R. Sicut erat.

O rēmus.

Oracion.

D Irígere & ſanctificáre, rége-
re & gubernáre dignáre Dó-

550 Domingo de Pascua,
mine Deus Rex cæli & terræ, hodie
corda & cōrpora nostra, sensus,
fermōnes, & actus nostros in
lege tua, & in opéribus mandatō-
rum tuōrum: vt hīc, & in ætér-
num, te auxiliante, salui & líberi
esse mereāmur, Saluātor mundi:
Qui viuis & regnas in sæcula sæ-
culōrum. R. Amen.

ψ. Iube domne benedícere. Ben-
dicion. Dies & actus nostros in
sua pace dispōnat Dóminus om-
nípotens. R. Amen.

Leccion breue. *Coloss. 3.*

SI confurrexístis cum Christo,
quæ sursum sunt quærite, vbi
Christus est in dextera Dei sedens:
quæ sursum sunt sápite, non quæ
super terram. Tu autem Dómine
miserêre nobis. R. Deo grátias.

ψ. Adiutórium nostrum in nómi-
ne

ne Dómini. *R.* Qui fecit cælum
& terram. *V.* Benedícite. *R.* Deus.
Bendicion. Dóminus nos benedí-
cat, & ab omni malo deféndat, &
ad vitam perdúcat ætérnam: & Fi-
délium ánimæ per misericórdiam
Dei requiéscant in pace. *R.* Amen.

A Tercia, Sexta y Nona, dicho el
Deus in adiutórium, y el Glória
Patri, dicens los Salmos como ar-
riba a pag. 197. y despues la Anti-
fona. Hæc dies, quam fecit Dómi-
nus: exultémus & lætémur in ea.

Luego Oracion.

DEus, qui hodiérna die per
Unigénitum tuum, æternitá-
tis nobis áditum deuícta morte re-
ferásti: vota nostra, quæ præue-
niéndó aspíras, étiam adiuuándó
proféquere. Per eúmdem Dómi-
num nostrum.

Statio ad S. Mariam maiorem.

Introito.



Esurrexi, & adhuc tecum sum, allelúia: posuisti super me manum tuam, allelúia: mirabilis facta est sciéntia tua, allelúia, allelúia. Salmo D ómine probásti me, & cognouísti me: tu cognouísti fessiônem meam, & resurrectiônem meam, v̄. Glória Patri, & Fílio,

Oracion.

DEus, qui hodierna die per Unigénitum tuum, æternitatis nobis áditum deuicta morte reserásti: vota nostra, quæ præueniéndò aspíras, étiam adiuuándò proféquere. Per eúndem Dóminum nostrum Iesum Christum.

I. éctio

Léctio Epístolæ beati Pauli Apóstoli ad Corínthios. 1. Cor. 5. c

Fratres, Expurgâte vetus fermentum, vt sitis noua conspersio, sicut estis ázymi. Etenim Pascha nostrum immolâtus est Christus. Itaque epulêmur, non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ & nequitiæ; sed in ázymis sinceritatis, & veritatis.

Gradual. Hæc dies, quam fecit Dóminus: exultêmus & lætêmur in ea. *ψ*. Confitémini Dómino, quóniam bonus: quóniam in sæculum misericórdia eius. Allelúia, allelúia. *ψ*. Pascha nostrum immolâtus est Christus.

Sequencia.

Victimæ Pascháli laudes immolent Christiáni. Agnus redêmit oues: Christus innocens

M m 5 Patti

554 Domingo de Pascua,
Patri reconciliâuit peccatóres.
Mors & vita duello conflixêre mi-
rândo: dux vitæ, mórtuus regnat
uiuus. Dic nobis Mariâ, quid vi-
disti in via? Sepúlchrum Chri-
sti uiuêntis, & glóriam vidi re-
surgêntis; Angélicos testes, su-
dârium & vestes. Surrexit Chri-
stus spes mea: præcêdet vos in
Galilæam. Scimus Christum sur-
rexisse à mórtuis verè: tu nobis
victor Rex miserêre, Amen. Al-
lelúia.

Este Sequencia se dice hasta el
Sabado in Albis inclusiuamente.

Sequencia sancti Euangéliij se-
cundùm Marcum. *Cap. 16.*

IN illo témpore: Mariâ Magda-
léne, & Mariâ Iacóbi, & Saló-
me emérunt arómata, vt veniêntes
úngerent Iesum. Et valdè manè

vna

vna sabbatorum, veniunt ad monumentum, orto iam sole. Et dicebant ad invicem: Quis revolvat nobis lapidem ab ostio monumenti? Et respicientes viderunt revolutum lapidem. Erat quippe magnus valde. Et introeuntes in monumentum viderunt iuvenem sedentem in dextris, coopertum stola candida, & obstupuerunt. Qui dixit illis: Nolite expavescere: Iesum quaeritis Nazarenum, crucifixum: surrexit, non est hic, ecce locus ubi posuerunt eum. Sed ite, dicite discipulis eius, & Petro, quia praecedit vos in Galilaeam: ibi eum videbitis, sicut dixit vobis.

Credo in unum Deum, Patrem omnipotentem, factorem caeli & terrae, visibilibus omnium, & inui-

556 Domingo de Pascua,
inuisibílium. Et in vnum Dómi-
num Iesum Christum, Fílium Dei
vnigénitum. Et ex Patre natum
ante ómnia sæcula. Deum de
Deo, lumen de lumine, Deum ve-
rum de Deo vero. G énitum, non
factum, consubstantiâlem Patri:
per quem ómnia facta sunt. Qui
propter nos hómines, & propter
nostram salútem descéndit de cæ-
lis. [Hincanse de rodillas.] Et in-
carnâtus est de Spírítu sancto ex
María vírgine: Et homo factus
est. C rucifíxus étiam pro nobis:
sub Póntio Piláto passus, & sepúl-
tus est. Et resurrexit tértia die,
secúndum Scriptúras. Et ascén-
dit in cælum: sedet ad déxteram
Patris. Et íterum ventûrus est
cum glória iudicâre viuos & mór-
tuos: cuius regni non erit finis.

Et

Et in Spíritum sanctum, Dóminum & viuificántem: qui ex Patre Filiôque procêdit. Qui cum Patre & Fílio simul adorâtur, & conglo-
rificâtur: qui locûtus est per Pro-
phétas. Et vnâ sanctam cathó-
licam & Apostólicam Ecclésiã.
Confíteor vnum baptísma in re-
missiônem peccatôrum. Et expé-
cto resurrectiônem mortuôrum.
Et vitam ventúri sæculi, Amen.

Offertorio. Terra trémuit, &
quiêuit, dum resúrgeret in iudicio
Deus, allelúia. Secreta.

SVscipe, quæsumus Dómine
preces pópuli tui cum oblatiô-
nibus hostiârum: vt Paschálibus
initiâta mystérijs, ad æternitâtis
nobis medêlam, te operânte pro-
ficiant. Per Dóminum nostrum
Iesum Christum Fílium tuum.

V Erè dignum & iustum est, æquum & salutâre, T e quidem Dómine omni témpore, sed in hac potíssimùm die gloriósius prædicâre, cùm Pascha nostrum immolâtus est Christus. Ipse enim verus est Agnus, qui ábstulit peccâta mundi. Qui mortem nostram moriêndo destrúxit, & vitam resurgéndo reparâuit. Et ídeò cum Angelis & Archángelis, cum Thronis & Dominationibus, cumq̃ue omni milítia cæléstis exercitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus, sine fine dicétes:

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dñs Deus Sábaoth. Pleni sunt cæli & terra glória tua, Hosánna in excélsis. Benedíctus qui venit in nómine Dñi, Hosánna in excélsis.

Infra

Infra actionem.

Communicantes, & diem ſacratiffimum celebrantes Reſurrectiõnis Dõmini noſtri Ieſu Chriſti ſecũdũm carnem: ſed & memõriam venerantes, in primis gloriõſæ ſemper vîrginis Mariæ, genitrîcis eiũſdem Dei & Dõmini noſtri Ieſu Chriſti, &c. pag. 229.

Sigue.

Hanc igitur oblatiõnem ſeruitutis noſtræ, ſed & cunctæ familiæ tuæ, quam tibi offerimus pro his quoque, quos regenerare dignatus es ex aqua & Spîritu ſancto, tribuens eis remiſſiõnem õmniũ peccatõrum, queſumus Dñe, vt placatus accîpias, &c. pag. 230.

Quam oblatiõnem tu Deus, &c.

Y aſi ſe dice haſta el Sabado in Albis incluſiuamente.

Comu-

Comunion. Pascha nostrum immolatus est Christus, allelúia: itaque epulémur in ázymis sinceritatis & veritatis, allelúia, allelúia, allelúia.

Postcomunion.

Spirítum nobis, Dómine, tuæ charitatis infunde: vt quos sacramentis Paschálibus satiásti, tua fácias pietate concordes. Per Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum: Qui tecum viuit & regnat in unitate eiusdem Spíritus sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. *r.* Amen.

Dicho Dóminus vobíscum, *dicte*, Ite missa est, allelúia, allelúia.

r. Deo grátias, allelúia, allelúia.

Y así se dice hasta el Sabado in Albis inclusiuamente.

¶ Por toda la Octaua de la Pascua

Pascua no se celebra algo de Fiestas Dobles o Semidobles, pero se celebran despues de la Oçtaua. De las Fiestas Simples que ocuren despues los tres dias de Pascua, se haze sola comemoracion.

A V I S P E R A S.

Pater noster. Ave Mariã. y. Deus in adiutorium meum intende.
 Be. Dómine ad adiuuandum me festina. Glória Patri. Sicut erat.
 Allelúia.

Antifona. Angelus autem Dómini descendit de cælo, & accedens reuoluit lapidem, & sedebat super eum, allelúia, allelúia.

Salmo 109.

Dixit Dóminus Dño meo: *
 Sede à dextris meis:
 Donec ponam inimicos
 tuos, * scabellum pedum tuorum.

562 Domingo de Pascua,
Virgam virtutis tuæ emittet Dó-
minus ex Sion: * dominâre in mé-
dio inimicôrum tuôrum.

Tecum princípium in die virtutis
tuæ in splendôribus sanctôrum: *
ex útero ante lucíferum genui te.

Iurâuit Dñs, & non poenitêbit
eum: * Tu es sacerdos in ætérnum
secúndum órđinem Melchisedech.

Dóminus à dextris tuis, * confrêgit
in die iræ suæ reges.

Iudicâbit in nationibus, implêbit
ruínas: * conquassâbit cápita in
terra multôrum.

De torrente in via bibet: * proptér-
eà exaltâbit caput.

Glória Patri, & Fílio.

Antifona. Angelus autem Dómi-
ni descéndit de cælo, & accédens
reuóluit lápidem, & sedêbat super
eum, allelúia, allelúia.

Antifona. Et ecce terræmôtus factus est magnus: Angelus enim Dómini descéndit de celo, allelúia. Salmo 110.

Confitêbor tibi Dómine in toto corde meo: * in consílio iustórum, & congregatióne.

Magna ópera Dómini: * exquisíta in omnes voluntátes eius.

Conféssio & magnificéntia opus eius: * & iustítia eius manet in sæculum sæculi.

Memóriam fecit mirabílium suórum, miséricors & miserátor Dóminus: * escam dedit timéntibus se.

Memor erit in sæculum testaménti sui: * virtútem óperum suórum annuntiábit pópulo suo:

Vt det illis hereditátem **Gentium:** * ópera mánuum eius **veritas & iudícium.**

564 Domingo de Pascua,
Fidélia ómnia mandâta eius: con-
firmâta in sæculum sæculi, * facta
in veritâte & æquitâte.

Redemptiõnem misit pópulo
suo: * mandâuit in ætérnum testa-
mémentum suum.

S. anctum & terríbile nomen eius: *
inítium sapiéntiæ timor Dómini.
Intelléctus bonus ómnibus facién-
tibus eum: * laudátio eius manet
in sæculum sæculi. G lória Patri.

Antifona. Et ecce terræmôtus fa-
ctus est magnus: Angelus enim
Dñi descéndit de cælo, allelúia.

Antifona. Erat autem aspéctus eius
sicut fulgur, vestiménta autem eius
sicut nix, allelúia, allelúia.

Salmo III.

BEâtus vir, qui timet Dñm: * in
mandátis eius volet nimis.

Potens in terra erit semen eius: *

gene-

generatio rectōrum benedicetur.
 Glória & diuitiæ in domo eius: *
 & iustitia eius manet in sæculum
 sæculi.

Exortum est in tenebris lumen re-
 ctis: * misericors, & miserator, &
 iustus.

Iucundus homo qui miseretur &
 commodat, disponet sermones
 suos in iudicio: * quia in æternum
 non commouebitur.

In memoria æterna erit iustus: *
 ab auditione mala non timebit.

Paratum cor eius sperare in Dō-
 mino, confirmatum est cor eius: *
 non commouebitur donec despi-
 ciat inimicos suos.

Dispertit, dedit pauperibus: iusti-
 tia eius manet in sæculum sæculi, *
 cornu eius exaltabitur in gloria.

Peccator videbit & irascetur, den-

566 Domingo de Pascua,
tibus suis fremet & tabéscet: * de-
fidérium peccatôrum perîbit.

G lória Patri, & Fílio.

Antifona. Erat autem aspéctus eius
sicut fulgur, vestiménta autem eius
sicut nix, allelúia, allelúia.

Antifona. Præ timóre autem eius
extérriti sunt custódes, & facti sunt
velut mórtui, allelúia.

Salmo 112.

L Audâte púeri Dóminum: *
laudâte nomen Dómini.

S it nomen Dómini benedíctum, *
ex hoc nunc, & vsque in sæculum.

A solis ortu vsque ad occâsum, *
laudábile nomen Dómini.

E xcélsus super omnes gentes Dó-
minus, * & super cælos glória
eius.

Quis sicut Dóminus Deus noster,
qui in altis hábitat, * & humília
ré-

réspicit in cælo & in terra?

Suscitans à terra inopem,* & de
stercore erigens pauperem:

Ut collocet eum cum principibus,*
cum principibus populi sui.

Qui habitare fecit sterilem in do-
mo,* matrem filiorum lætantem.

Gloria Patri, & Filio.

Antifona. Præ timore autem eius
exterriti sunt custodes, & facti sunt
velut mortui, allelúia.

Antifona. Respondens autem An-
gelus, dixit mulieribus: Nolite ti-
mere: scio enim quod Iesum quæ-
ritis, allelúia.

Salmo 113.

IN éxitu Israël de Ægypto,*
domus Iacob de populo bár-
baro:

Facta est Iudæa sanctificatio eius,*
Israël potestas eius.

568 Domingo de Pascua,
Mare vidit, & fugit: * Iordânis
conuérſus eſt retrórſum.

Montes exultauerunt vt arietes: *
& colles ſicut agni óuium.

Quid eſt tibi mare, quòd fugíſti: *
& tu Iordânis, quia conuérſus es
retrórſum?

Montes exultáſtis ſicut arietes, *
& colles ſicut agni óuium.

A fácie Dómini mota eſt terra, *
à fácie Dei Iacob.

Qui conuértit petram in ſtagna
aquârum, * & rupem in fontes
aquârum.

Non nobis Dómine, non nobis: *
ſed nómini tuo da glóriam.

Super miſericórdia tua, & veritâte
tua: * nequándo dicant Gentes:
Vbi eſt Deus eórum?

Deus autem noſter in cælo: * óm-
nia quæcúmque vóluit, fecit.

Simu-

Simulácrá Géntium argéntum & aurum, * ópera mánuum hóminū. Os habent, & non loquéntur: * óculos habent, & non vidébunt. Aures habent, & non áudient: * nares habent, & non odorábunt. Manus habent, & non palpábunt: pedes habent, & non ambulábunt: * non clamábunt in gútture suo.

Símiles illis fiant qui fáciunt ea: * & omnes qui confidunt in eis.

D omus Israél speráuit in Dómino: * adiûtor eórum & protéctor eórum est.

D omus Aaron speráuit in Dómino: * adiûtor eórum & protéctor eórum est.

Qui timent Dóminum, sperauerunt in Dómino: * adiûtor eórum & protéctor eórum est.

Dóminus memor fuit nostri: * &
benedíxit nobis:

Benedíxit dómui Israël: * bene-
díxit dómui Aaron.

Benedíxit ómnibus qui timent
Dóminum, * pusillis cum maió-
ribus.

A díciat Dóminus super vos; * su-
per vos, & super filios vestros.

Benedícti vos à Dómino, * qui
fecit cælum & terram.

Cælum cæli Dómino, * terram au-
tem dedit filiis hóminum.

Non mórtui laudábunt te Dómi-
ne: * neque omnes qui descéndunt
in inférnum:

Sed nos qui víuimus, benedíci-
mus Dómino, * ex hoc nunc &
vsque in sæculum.

Gloria Patri, & Fílio.

Antifona Respóndens autem An-
gelus,

plus, dixit mulieribus: Nolite timere: scio enim quod Iesum quaeritis, allelúia.

Ati se dice haíta las Visperas el Sabado.

Luego Antifona. Hæc dies, quam fecit Dóminus: exultemus, & lætémur in ea.

Al Magnificat, Antifona. Et respiciéntes vidérunt reuolutum lápidem: erat quippe magnus valdè, allelúia.

Cantico de N. Señora. *Luce 1. e*

Magnificat * ánima mea Dóminum:

Et exultáuit spíritus meus * in Deo salutári meo.

Quia respéxit humilitâtem ancillæ suæ: * ecce enim ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes.

Quia fecit mihi magna, qui potens

572 Domingo de Pascua,
tens est: * & sanctum nomen eius.
Et misericordia eius à progénie in
progénies * tíméntibus eum.

fecit poténtiam in bráchio suo: *
dispérfit supérbos mente cordis sui.
Depósuit poténtes de sede, * & ex-
altáuit húmiles.

Et furientes impléuit bonis: * & dí-
uites dimísit inánes.

Suscépit Israël púerum suum, *
recordátus misericórdiæ suæ.

Sicut locútus est ad patres no-
stros, * Abraham, & semini eius
in sæcula. G lória Patri, & Fílio.

Antifona. Et respiciéntes vidérunt
reuolútum lápidem: erat quippe
magnus valdè, allelúia.

Oracion.

DEus, qui hodiérna die per
Unigénitum tuum, æternitá-
tis nobis áditum deuícta morte re-
serásti:

ferásti : vota nostra, quæ præueniéndo aspíras, étiam adiuuándo proféquere. Per eúndem Dóminum nostrum Iesum Christum.

A C O M P L E T A S.

Dicho el v̄. Iube domne. Fratres, Sóbrij estôte. v̄. Adiutórium nostrum. Pater noster. y hecha la Confession y Absolucion, despues el v̄. Conuérte nos Deus. v̄. Deus in adiutórium. Glória Patri. Allelúia. se dicen los Salmos acostumbados como arriba a pag. 263. y despues de acabados se dice: Allelúia, allelúia, allelúia, allelúia.

Cantico de Simeon. *Luce 2. e*

NVnc dimíttis seruum tuum Dómine, * secúndum verbum tuum in pace:

Quia vidérunt óculi mei * salutáre tuum,

Quod

Quod parásti * ante fáciem óm-
nium populôrum;

Lumen ad reuelatióne[m] Gén-
tium, * & glóriam plebis tuæ Israél.

Glória Patri, & Fílio.

Luego Antif. Hæc dies, quam fe-
cit Dóminus: exultêmus, & lætê-
mur in ea.

✠. Dóminus vobíscum. R̄. Et
cum spírítu tuo.

Orêmus.

Oracion.

Visita, quæsumus Dómine, ha-
bitatióne[m] istam, & omnes
insídias inimíci ab ea longè repél-
le: Angeli tui sancti hábitent in
ea, qui nos in pace custódiant:
& benedíctio tua sit super nos
semper. Per Dóminum nostrum.

✠. Dóminus vobíscum. R̄. Et cum
spírítu tuo. ✠. Benedicâmus Dó-
mino. R̄. Deo grátias. Bendi-

cion.

cion. Benedicat & custodiat nos
omnipotens & misericors Dómi-
nus, Pater, & Fílius, & Spíritus san-
ctus. *R.* Amen. Antifona.

R Egína cæli lætâre, allelúia,
Quia quem meruísti portâre,
allelúia,

Resurréxit sicut dixit, allelúia,
Ora pro nobis Deum, allelúia.

v. Gaude & lætâre virgo Ma-
riâ, allelúia. *R.* Quia surrêxit Dó-
minus verè, allelúia. Oracion.

DEus, qui per resurrectiõnem
Fílij tui Dómini nostri Iesu
Christi mundum lætificâre di-
gnâtus es: præsta quæsumus;
vt per eius genitricem vírginem
Mariâm, perpétuæ capiâmus gáu-
dia vitæ. Per eúmdem Christum
Dñm nostrum. *R.* Amen.

v. Diuînum auxílium máneat
semp

576 Domingo de Pascua,
semper nobiscum. R. Amen.

Luego se dice pafio, Pater noster,
Aue Maria, y Credo.

La dicha manera de las Horas
se ha de obseruar hasta el Sabado
in Albis.

L V N E S D E P A S C V A .

A Maytines, el Inuitatorio, An-
tífonas, y Salmos al Noturno, y
Laudes, se dicen por toda la Oéta-
ua, como al Domingo de Pascua
aquí arriba. 515. V. Surrexit Dñs
de sepúlchro, allelúia. R. Qui pro
nobis pepéndit in ligno, allelúia.
Pater noster. Absolucion.

EXáudi Dómine Iesu Christe
preces seruôrum tuôrum, &
miserere nobis, qui cum Patre &
Spíritu sancto viuis & regnas in
sæcula sæculôrum. R. Amen.

V. Iube domne benedícere. Ben-
dicion.

dicion. Euangélica léctio fit nobis
salus & protéctio. *Re.* Amen.

Léctio sancti Euangélij secún-
dum Lucam.

Leccion. *Cap. 24. b*

IN illo témpore: Duo ex discí-
pulis Iesu ibant ipsa die in ca-
stéllum, quod erat in spátio sta-
diôrum sexaginta ab Ierúsalem,
nómine Emmaus. Et réliqua.

Homilîa sancti Gregórij Papæ.

Homilia 23. in Euangelia.

AVdístis, fratres charíssimi,
quia duôbus discípulis am-
bulántibus in via, non qui-
dem credéntibus, sed tamen de se
loquéntibus, Dóminus appáruit:
sed eis spéciem, quam recognósce-
rent, non osténdit. Hoc ergo egit
foris Dóminus in óculis córpóris,
quod apud ipsos agebâtur intus in

óculis cordis. Ipsi namque apud se-
metípsos intus & amábant, & du-
bitábant: eis autem Dóminus foris
& præsens áderat, & quis esset non
ostendêbat. De se ergo loquénti-
bus præsentiam exhibuit: sed de se
dubitántibus cognitiónis suæ spé-
ciem abscondit. Tu autem Dómi-
ne miserere nobis. *Deo grátias.*

¶ María Magdaléne, & áltera Ma-
ría, ibant dilúculò ad monumén-
tum. * Iesum quem quæritis, non
est híc, surréxit sicut locútus est,
précêdet vos in Galilæam, ibi eum
vidébitis, allelúia, allelúia *¶* Et val-
dè manè vna Sabbatôrum véniunt
ad monuméntum orto iam sole: &
introëúntes vidérunt iúuenem se-
déntem in dextris, qui dixit illis.
Iesum. *¶* Iube domne benedí-
cere. Bendicion. Diuînum auxí-
lium

lium máneat semper nobíscum.

R. Amen.

LECCION II.

Verba quidem cóntulit, durítiam intelléctus increpáuit, sacre Scripture mystéria, quæ de ipso erant, apéruit: & tamen quia adhuc in eórum córdibus peregrínus erat à fide, se ire lóngiùs finxit. Fingere namque, componere dícimus: vnde & compositóres luti, figulos vocâmus. Nihil ergo simplex véritas per duplicitâtem fecit: sed talem se eis exhibuit in córpore, qualis apud illos erat in mente. Probândi autem erant, si hi, qui eum etsi necdum vt Deum diligerent, saltem vt peregrínum amâre potuísent. Tu autem Dómine miserêre nobis. R. Deo grátias.

R. Surrexit pastor bonus, qui ánimam suam pósuit pro óuibz suis,

& pro grege suo mori dignatus est: * Allelúia, allelúia, allelúia.
 ✠ Etenim Pascha nostrum immo-
 latus est Christus. Allelúia. Glo-
 ria Patri. Allelúia. ✠ Iube domne
 benedícere. Benedicón. Ad socie-
 tatem cíuium supernórum perdú-
 cat nos Rex Angelórum. ✠ Amen.

Leccion iij.

Sed quia esse extránei à charitáte
 non póterant hi, cum quibus
 Véritas gradiebatur; eum ad hospí-
 tium quasi peregrínium vocant.
 Cur autem dícimus, vocant, cum
 illic scriptum sit: Et coëgérunt eum?
 Ex quo nimírum exémplo collí-
 gitur, quia peregríni ad hospítium
 non solúm inuitándi sunt, sed étiam
 trahéndi. Mensam ígitur ponunt,
 panes cibósque ófferunt: & Deum,
 quem in Scriptúrae sacrae expositiô-

ne non cognóuerant, in panis fractiōne cognóscunt. Audiendo ergo præcépta Dei illumináti non sunt, faciēdo illumináti sunt: quia scriptum est: Non auditóres legis iusti sunt apud Deum, sed factóres legis iustificabútur. Quisquis ergo vult audíta intelligere, festínet ea, quæ iam audíre pótuit, ópere implère. Ecce Dóminus non est cógnitus dum loqueretur, & dignátus est cognósci dum páscitur. Tu autem Dómine miserère nobis. *Re. Deo grátias. Te Deum laudâmus. 529.*

A Laudes y a las demas Horas, todo se dice como al dia de la Pasqua, aqui arriba a pag. 531.

Al Benedictus, Antifona.

Iesus iunxit se discíplis suis in via, & ibat cum illis: óculi autem eórum tenebántur, ne eum agnóscerent:

rent: & increpauit eos, dicens: O
 stulti & tardi corde ad credendum
 in his, quæ locuti sunt Prophætæ,
 allelúia.

Oracion.

DEus, qui solemnitate Paschá-
 li, mundo remédia contulisti:
 pópulum tuum, quæsumus, cælesti
 dono proféquare; vt & perfectam
 libertatem cónsequi mereatur, &
 ad vitam proficiat sempitérnam.
 Per Dóminum nostrum.

A M I S S A.

Statio ad sanctum Petrum.

Introito.



Introdúxit vos Dómi-
 nus in terram fluén-
 tem lac & mel, alle-
 lúia: & vt lex Dómi-
 ni semper sit in ore vestro, alle-
 lúia, allelúia. Salmo, Confitémini
 Dómino, & inuocáte nomen eius:

annun-

annuntiâte inter Gentes ópera eius.

✱ Glória Patri. Oracion.

DEus, qui solemnitate Paschali, mundo remédia contulisti: pópulum tuum, quæsumus, cælesti dono proféquare; vt & perfectam libertâtem cónsequi mereâtur, & ad vitam proficiat sempiternam. Per Dóminum nostrum.

Lectio Actuum Apostolorum.

Cap. 10. f

IN diêbus illis: Stans Petrus in médio plebis, dixit: Viri fratres, vos scitis quod factum est: verbum per vniuersam Iudæam: incípiens enim à Galilæa, post baptísmum quod prædicâuit Ioânes, Iesum à Názaeth: quómodo vnxit eum Deus Spírítu sancto, & virtúte, qui pertránsijt benefaciendo, & sanándo omnes op-

préssos à diábolo, quóniam Deus erat cum illo. Et nos testes sumus ómnium, quæ fecit in regiône Iudæórum, & Ierúsalem, quem occiderunt suspendentes in ligno. Hunc Deus suscitáuit tértia die, & dedit eum manifestum fieri, non ómnipópulo, sed téstibus præordinátis à Deo: nobis, qui manducáuimus & bíbimus cum illo, postquam resurrexit à mórtuis. Et præcêpit nobis prædicâre pópulo, & testificári, quia ipse est, qui constitútus est à Deo iudex viuórum & mortuórum. Huic omnes Prophétæ testimónium péthibent, remissionem peccatórum accíperere per nomen eius omnes, qui credunt in eum.

Gradual. Hæc dies, quam fecit Dóminus: exultemus & lætémur in ea. *v.* Dicat nunc Israël, quóniam
niam

niam bonus: quóniam in sæculum misericórdia eius. A llelúia, allelúia. ⁊ Angelus Dómini descéndit de cælo, & accédens reuóluit lápidem, & sedêbat super eum.

Sequencia. V íctimæ Pascháli. con Allelúia. al fin, como al dia de la Pascua, arriba a pag. 553.

Sequencia sancti Euangélij secúndum Lucam. *Cap. 24. b*

IN illo témpore: Duo ex discípulis Iesu ibant ipsa die in castéllum, quod erat in spátio stadiôrum sexagínta ab Ierúsalem, nómine Emmaus. Et ipsi loquebántur ad ínuicem de his ómnibus quæ accíderant. Et factum est, dum fabularéntur, & secum quærerent: & ipse Iesus appropínquans ibat cum illis: óculi autem illôrum tenebántur ne eum agnóscerent, Et ait ad

illos : Qui sunt hi sermões, quos confertis ad inuicem ambulantes, & estis tristes? Et respondens vnus, cui nomen Cleophas, dixit ei: Tu solus peregrinus es in Ierusalem, & non cognouisti quæ facta sunt in illa his dièbus? Quibus ille dixit: Quæ? Et dixerunt: De Iesu Nazarèno, qui fuit vir propheta, potens in opere & sermone coram Deo & omni populo: Et quomodo eum tradiderunt summi sacerdotes & principes nostri in damnationem mortis, & crucifixerunt eum. Nos autem sperabamus quia ipse esset redempturus Israël: & nunc super hæc omnia, tertia dies est hodie quod hæc facta sunt. Sed & mulieres quædam ex nostris terruerunt nos, quæ ante lucem fuerunt ad monumentum,

&

&, non inuēnto corpore eius, uenerunt, dicentes se etiā uisiōnem Angelōrum uidisse, qui dicunt eum uiuere. Et abiēerunt quidam ex nostris ad monumentum: & ita inuenērunt sicut mulieres dixerunt, ipsum uerò non inuenērunt. Et ipse dixit ad eos: O stulti, & tardi corde ad credendum, in omnibus quæ locuti sunt Prophætæ! Nōne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in glóriam suam? Et incipiēs à Mōyse & omnibus Prophētis, interpretabatur illis in omnibus Scripturis, quæ de ipso erant. Et appropinquauerunt castello, quò ibant: & ipse se finxit longius ire. Et coegerunt illum, dicentes: Mane nobiscum, quoniam ad uesperascit, & inclināta est iam dies. Et intrauit cum

cum illis. Et factum est, dum recumberet cum eis, accēpit panem, & benedixit ac fregit, & porrigēbat illis. Et apērti sunt óculi eórum, & cognouérunt eum: & ipse euānuit ex óculis eórum. Et dixerunt ad ínuicem: Nónne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in via, & aperiret nobis Scriptúras? Et surgētes eādē hora regrēssi sunt in Ierúsalem: & inuenērunt congregátos úndecim, & eos qui cum illis erant, dicētes: Quòd surrexit Dóminus verè, & apparuit Simóni. Et ipsi narrábant quæ gesta erant in via: & quómodo cognouérunt eum in fractiōne panis. Credo.

Offertorio. Angelus Dómini descendit de cælo, & dixit muliéribus: Quem quæritis,
sur-

surréxit ſicut dixit, allelúia.

ſecreta.

S Uſcipe, quæſumus Dómine,
preces pópuli tui, cum oblati-
onibus hoſtiárum: vt Paſchálibus
initiáta myſtériis, ad æternitátis
nobis medêlam, te operánte pro-
ficiant. Per Dóminum noſtrum.

Et ſurréxit Dóminus,
& apparuit Petro, allelúia.

ſecunda.

S Píritum nobis, Dómine, tuæ
charitátis infúnde: vt quos ſa-
craméntis Paſchálibus ſatiáſti, tua
fácias pietáte concórdes. Per Dó-
minum. in vnitáte eiúſdem Spíri-
tus ſancti Deus.

A V I S P E R A S.

Todo como el año de Pascua a
pag. 561. exceptas las Antifonas y
Coleras que siguen.

Al Magnificat, Antifona.

Qui sunt hi sermões, quos confertis ad ínucem ambulántes, & estis tristes? allelúia.

Oracion.

DEus, qui solemnitate Paschá-
li, mundo remédia contulí-
sti: pópulum tuum, quæsumus,
cælésti dono proféquere; vt & per-
fectam libertâtem cónsequi me-
reâtur, & ad vitam proficiat sempit-
térnam. Per Dóminum nostrum
Iesum Christum.

MARTES DE PASCVA.

A Maytines, el Inuitatorio, An-
tifonas, y Salmos al Noturno y
Laudes, se dicen como arriba al
dia de Pascua a pag. 515.

ŷ. Surrexit Dóminus verè, allelúia.

R. Et appáruit Simóni, allelúia.

Pater noster.

Absolucion.

IPsîus píetas & misericórdia nos
 ádiuuet, qui cum Patre & Spí-
 ritu sancto viuit & regnat in sæ-
 cula sæculôrum. *R.* Amen. *v.* Iu-
 be domne benedícere. Bendicion.
 Euangélica léctio fit nobis salus
 & protéctio. *R.* Amen.

Léctio sancti Euangélíj secúndum
 Lucam. *Leccion j. Cap. 24. e*

IN illo témpore: Stetit Iesus in
 médio discipulôrum: & dicit
 eis: Pax vobis: ego sum, nolite ti-
 mère. Et réliqua.

Homiliâ sancti Ambrósij Epíscopi.

*Lib. 10. Comment. in Lucam,
 cap. 24. ante finem.*

Mirum, quo modo se natû-
 ra corpórea per impenetrá-
 bile corpus infúderit inui-
 síbili áditu, visíbili conspéctu;
 tangi

592 Martes de Pasqua,
tangi fácilis , difícilis æstimári.
Dénique conturbáti discípuli esti-
mábant se spíritum vidêre. Et íd-
eò Dóminus , vt spéciem nobis
resurrectiônis osténderet, Palpâte,
inquit, & vidête, quia spíritus car-
nem & ossa non habet, sicut me vi-
dêtis habêre. Non ergo per incor-
póream natûram , sed per resurre-
ctiônis qualitâtem , impéruiâ vsu
clausa penetrâuit. Nam quod tán-
gitur, corpus est : quod palpâtur,
corpus est. Tu autem Dómine mi-
serêre nobis. R. Deo grátias.

R. Virtûte magna reddébant Apó-
stoli, * Testimónium resurrectiô-
nis Iesu Christi Dómini nostri, al-
lelúia, allelúia. V. Repléti quidem
Spíritu sancto loquebantur cum
fidúcia verbum Dei. Testimó-
nium. V. Iube domne benedícere.

Ben-

Bendicion. Diuînum auxiliûm
mâneat semper nobiscû. R. Amen.

Leccion ij.

IN cõrpoꝛe autem resurgẽmus.
Seminatur enim corpus animã-
le, surgit corpus spiritãle: sed illud
subtĩlius; hoc crãssius, utpote ad-
huc terrẽnãe labis qualitãte concrẽ-
tum. Nam quõmodo non corpus,
in quo manebant insĩgnia vũlne-
rum, vestĩgia cicatrĩcum, quãe Dõ-
minus palpãnda õbtulit? In quo
non solũm fidem firmat, sed etiam
deuotĩõnem acuit, quõd vũlnera
suscep̃ta pro nobis cãelo infẽrre
maluit, abolẽre nõluit; vt Deo Patri
nostrãe prẽtia libertãtis ostẽderet.
Talem sibi Pater ad dẽxteram lo-
cat, trophãum nostrãe salũtis am-
plẽctens: tales illic Mãrtires no-
bis cicatrĩcis suãe corõna monstrã-

594 Martes de Pascua,
uit. Tu autem Dómine miserere
nobis. R. Deo grátias.

R. De ore prudentis procêdit mel,
allelúia: dulcêdo mellis est sub lin-
gua eius, allelúia: * Fauus distíllans
lábia eius, allelúia, allelúia. V. Sa-
piéntia requiêscit in corde eius, &
prudéntia in fermône oris illíus.
Fauus distíllás. G lória Patri. Fauus.
V. Iube domne benedícere. Ben-
dicion. Ad societâtem cíuium su-
pernôrum perdûcat nos Rex An-
gelôrum. R. Amen. Leccion iij.

ET quóniam sermo huc noster
euâsit, considerêmus qua grá-
tia secúndum Ioánnem credide-
rint Apóstoli, qui gauísi sunt; se-
cúndum Lucam quasi increduli
redarguántur: tibi Spíritum san-
ctum accéperint, híc sedêre in ci-
uitâte iubeántur, quoadúsque in-
duántur

duántur virtúte ex alto. Et videtur mihi ille quasi Apóstolus maióra & altióra tetigísse, hic sequéntia, & humánis próxima: hic históricus vsus circúitu, ille compéndio: quia & de illo dubitári non potest, qui testimónium pérhibet de iis, quibus ipse intérfuit, & verum est testimónium eius: & ab hoc quoque, qui Euangelísta esse méruit, vel negligéntiæ, vel mendáciij suspiciónem æquum est propulsári. Et ídeò verum putámus vtrúmque; non sentétiárum varietáte, nec personárum diuersitaté distinctum. Nam etsi primò Lucas eos non credidísse dicat, pósteà tamen credidísse demónstrat: & si prima considerémus, cōtrárii sunt: si sequéntia, certum est conueníre. Tu autem Dómine miserere nobis.

Re. Deo grátias. Te Deum. 529.

A Laudes y las demas Horas todo se dice como al dia de Pascua a pag. 531.

Al Benedictus, Antifona.

Stetit Iesus in médio discipulôrum suôrum, & dixit eis, Pax vobis, allelúia, allelúia. Oracion.

DEus, qui Ecclesiám tuam nouo semper fetu multiplicas: concède famulis tuis; vt sacramentum viuendo teneant, quod fide percepérunt. Per Dóminum.

A M I S S A.

Statio ad sanctum Paulum.

Introito.



Qua sapientiæ potâuit eos, allelúia: firmábitur in illis, & non fletétur, allelúia: & exaltábit eos in ætérnum, allelúia, alle-

allelúia. Salmo, Confitémini Dó-
mino, & ínucâte nomen eius: an-
nuntiâte inter Gentes ópera eius.

✱ Glória Patri. Oracion.

DEus, qui Ecclésiã tuã no-
uo semper fetu multíparas:
concêde fãmulis tuis; vt sacramén-
tum viuendo teneant, quod fide
percepérunt. Per Dóminum.

Léctio Actuum Apostolôrum.

Cap. 13. c

IN diêbus illis: Surgens Pau-
lus, & manu siléntium indí-
cens, ait: Viri fratres, filij gène-
ris Abraham, & qui in vobis ti-
ment Deum, vobis verbum salû-
tis huius missum est. Qui enim
habitábant Ierúsalem, & prínci-
pes eius, ignorantes Iesum, & vo-
ces Prophetârum, quæ per omne
sábbatum legúntur, iudicâtes

290 *Scripturas de Patrua,*
impleuerunt: & nullam causam
mortis inuenientes in eo, petierunt
à Pilato, vt interficerent
eum. Cumque consummassent
omnia, quæ de eo scripta erant,
deponentes eum de ligno, posuerunt
eum in monumento. Deus
verò suscitauit eum à mortuis tertia
die: qui visus est per dies multos
his, qui simul ascenderant
cum eo de Galilæa in Ierusalem:
qui vsque nunc sunt testes eius ad
plebem. Et nos vobis annuntiamus
eam, quæ ad patres nostros
repromissio facta est: quoniam
hanc Deus adimplèuit filiis nostris,
resuscitans Iesum Christum
Dòminum nostrum.

Gradual. Hæc dies, quam fecit
Dòminus: exultemus & lætemur
in ea. *ψ.* Dicant nunc, qui
redem-

redempti sunt à Dómino: quos redemit de manu inimici, & de regionibus congregauit eos. Allelúia, allelúia. V. Surrexit Dóminus de sepúlchro, qui pro nobis pepéndit in ligno.

Sequencia. Víctimæ Pascháli.
como arriba al dia de Pascua a
pag. 553.

Sequencia sancti Euangélij secundum Lucam. *Cap. 24 e*

IN illo tempore: Stetit Iesus in medio discipulorum suorum, & dicit eis: Pax vobis: ego sum, nolite timere. Conturbati verò, & conterriti, existimabant se spiritum videre. Et dixit eis: Quid turbati estis, & cogitationes ascendant in corda vestra? Videte manus meas, & pedes, quia ego ipse sum: palpate, & videte: quia spíri-

600 Martes de Paſqua,
tus carnem & oſſa non habet, ſicut
me vidētis habēre. Et cūm hoc di-
xiſſet, oſtēdit eis manus, & pe-
des. Adhuc autem illis non cre-
dētibus, & mirāntibus præ gāu-
dio, dixit: Habētis hīc āliquid,
quod manducētur? At illi obtu-
lērunt ei partem piſcis aſſi, & fa-
uum mellis. Et cūm manducāſſet
coram eis, ſumens relīquias, de-
dit eis. Et dixit ad eos: Hæc ſunt
verba, quæ locūtus ſum ad vos,
cūm adhuc eſſem vobīſcum, quō-
niam necēſſe eſt implēri ōmnia,
quæ ſcripta ſunt in lege Mōyſi,
& Prophētis, & Pſalmis de me.
Tunc apēruit illis ſenſum vt in-
telligerent Scriptūras. Et dixit eis:
Quōniam ſic ſcriptum eſt, & ſic
oportēbat Chriſtum pati, & re-
ſūrgere à mōrtuis tērtia die: &

præ-

prædicâri in nómine eius pœni-
téntiam, & remissiónem peccatô-
rum in omnes gentes. Credo.

Offertorio. Intónuit de cælo
Dóminus, & Altíssimus dedit vo-
cem suam : & apparuérunt fontes
aquârum, allelúia. Secreta.

SVscipe Dómine fidélium pre-
ces cum oblatiónibus hostiâ-
rum: vt per hæc piæ deuotiônis of-
fícia, ad cælestem glóriam transeâ-
mus. Per Dóminum.

Comunion. Si consurrexístis
cum Christo, quæ sursum sunt
quærite, vbi Christus est in dexte-
ra Dei sedens, allelúia: quæ sursum
sunt sápite, allelúia.

Postcomunion.

Concêde quæsumus omnípo-
tens Deus : vt Paschâlis per-
céptio sacraménti, contínua in
P p s nostris

peccatorum nostrorum absoluat
nos omnipotens & misericors
Dóminus. *Re.* Amen.

ꝰ. Iube domine benedícere. Bendi-
cion. Euangélica léctio sit nobis
salus & protéctio. *Re.* Amen.

Léctio sancti Euangélij se-
cúndum Ioánnem.

Leccion j. *Cap. 21.*

IN illo tēpore: Manifestâuit
se iterum Iesus discipulis ad
mare Tiberiâdis. Manifestâuit au-
tem sic: Erant simul Simon Pe-
trus, & Thomas, qui dicitur Dí-
dymus. Et reliqua.

Homilîa sancti Gregórii Papæ.

Homilia 24. in Euangelia.

Léctio sancti Euangélij, quæ
modò in áuribus vestris lecta
est, fratres mei, quæstiône
ánimum pulsât, sed pulsatiône sua
viam

604 Miercoles de Pascua,
viam discretiōnis īndicat. Quæri
ētenim potest, cur Petrus, qui pi-
scâtor ante conuersiōnem fuit,
post conuersiōnem ad piscatiō-
nem redijt : & cūm Vēritas di-
cat: Nemo mittens manum suam
ad arâtrum, & aspiciens retrò,
aptus est regno Dei: cur repētijt
quod dereliquit? Sed si virtus dis-
cretiōnis inspīcitur, citiùs vidē-
tur: quia nimîrum negótium,
quod ante conuersiōnem sine pec-
câtò extitit, hoc etiā post con-
uersiōnem repētere culpa non fuit.
Tu autem Dómine miserêre no-
bis. R. Deo grátias.

R. Ecce vicit leo de tribu Iuda,
radix Dauid, aperire librum, &
sólvere septem signácula eius:
* Allelúia, allelúia, allelúia.
y. Dignus est Agnus qui occísus
est,

est, accipere virtutem, & diuinitatem, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem. Alleluia, alleluia, alleluia. Bendicion. Diuinum auxilium maneat semper nobiscum. Ps. Amen.

Leccion ij.

NAm piscatorem Petrum, Matthæum verò telonearium scimus: & post conuersionem suam ad piscationem Petrus rediit, Matthæus verò ad telonei negotium non resedit: quia aliud est, victum per piscationem querere, aliud autem telonij lucris pecunias augere. Sunt enim pleraque negotia, quæ sine peccatis exhiberi aut vix, aut nullatenus possunt. Quæ ergo ad peccatum implicent, ad hæc necesse est, vt post conuer-

conuersionem animus non recurrat. Tu autem Domine.

R. Ego sum vitis ueta, & vos palmites: * Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum, alleluia, alleluia. V. Sicut dilexit me Pater, & ego dilexi vos. Qui manet. Gloria Patri. Qui. Bendicion. Ad societatem ciuium supernorum perducat nos Rex Angelorum. R. Amen.

Leccion iij.

QVæri etiam potest, cur discipulis in mari laborantibus, post resurrectionem suam Dominus in litore stetit, qui ante resurrectionem suam coram discipulis in fluctibus maris ambulauit. Cuius rei ratio festinè cognoscitur, si ipsa, quæ tunc inerat, causa pensetur. Quid enim mare,

re,

re, nisi præsens sæculum signat, quod se cásuum tumúltibus, & vndis vitæ corruptíbilis illídit? Quid per soliditâtem líttoris, nisi illa perpetúitas quiétis æternæ figurâtur? Quia ergo discípuli adhuc flúctibus mortâlis vitæ ínerant, in mari laborábant. Quia autem Redemptor noster iam corruptionem carnis excésserat, post resurrectionem suam in líttore stabat. Tu autem Dómine miserere nobis. *Re. Deo grátias.*

Te Deum laudâmus. 529.

Al. Benedictus, Antífona.

Míttite in dexteram nauígij rete,
& inueniétis, allelúia.

Oracion.

DEus, qui nos Resurrectionis
Domínicæ ánnua solemnità-
te lætíficas: concède propítius; vt
per

per temporalia festa quæ ágimus,
peruenire ad gáudia ætérna me-
reámur. Per eúndem Dóminum
nostrum.

Al Magnificat, Antifona.

Dixit Iesus Discípulis suis : Af-
ferte de píscibus, quos preñdi-
dístis nunc. Ascéndit autem Si-
mon Petrus, & traxit rete in ter-
ram, plenum magnis píscibus,
allelúia.

IVEVES DE PASCVA.

ÿ. Surréxit Dóminus de sepúl-
chro, allelúia. R. Qui pro nobis
pepéndit in ligno, allelúia. P ater
noster. Absolucion. Exáudi Dó-
mine Iesu Christe preces seruô-
rum tuôrum, & miserere nobis, qui
cum Patre & Spírítu sancto viuis
& regnas in sæcula sæculôrum.
R. Amen. ÿ. Iube domne bene-
dicere.

dícere, Bendicion. Euangélica lé-
ctio fit nobis salus & protéctio.

Amen.

Léctio sancti Euangélij se-
cúndum Ioánnem.

Leccion j.

Cap. 20. c

In illo témpore : María stabat
ad monuméntum foris, plorans.
Dum ergo fleret, inclinâuit se, &
prospéxit in monuméntum: & vi-
dit duos Angelos in albís, sedentes.
Et réliqua.

Homiliâ sancti Gregórij Papæ.

Homilia 25. in Euangelia.

Maria Magdaléne, quæ fue-
rat in ciuitate peccatrix,
amândo veritâtem, lauit
lácrymis máculas críminis: & vox
Veritâtis implêtur, qua dicitur:
Dimíssa sunt ei peccâta multa,
quia dilexit multum. Quæ enim

Q q

prius

prius frígida peccándo remánserat,
 póstmodum amándo fórtiter ardê-
 bat. Nam postquam venit ad mo-
 numéntum, ibîque corpus Domí-
 nicum non inuénit, sublâtum cré-
 didit, atque discíplis nuntiâuit:
 qui veniéntes vidérunt, atque ita
 esse, vt múlíer díxerat, credidérunt.
 Et de eis prótinus scriptum est:
 Abiérunt ergo discípli ad semet-
 ípsos: ac deínde subiúngitur: Ma-
 ríá autem stabat ad monuméntum
 foris plorans: Tu autem Dómine
 miserêre nobis. *Re.* Deo grátias.

Re. Tulérunt Dóminum meum, &
 néscio vbi posuérunt eum. Dicunt
 ei Angeli: Múlíer, quid ploras? sur-
 réxit sicut dixit: * Præcêdet vos in
 Galilæam: ibi eum vidébitis, alle-
 lúia, allelúia. *v.* Cùm ergo fleret,
 inclinâuit se, & prospéxit in mo-
 numén-

numéntum : & vidit duos Ange-
 los in albis, sedéntes, qui dicunt ei.
 Præcêdet vos. *Benedicite.* Diuî-
 num auxîlium máneat semper no-
 bíscum. *ps. Amen.* *LECCION II.*

QVa in re pensándum est, huius
 mulieris mentem quanta vis
 amôris accénderat, quæ à monu-
 ménto Dómini, étiam discíplis
 recedéntibus, non recedêbat. Ex-
 quirêbat quem non inuénérat: fle-
 bat inquiréndo, & amôris sui igne
 succénsa, eius quem ablátum cré-
 didit, ardêbat desidério. Vnde cón-
 tigit, vt eum sola tunc vidêret, quæ
 remánserat vt quæreret: quia nimî-
 rum virtus boni óperis, perseverán-
 tia est : & voce Veritátis dicitur:
 Qui autem perseveráuerit vsque in
 finem, hic saluus erit. Tu autem
 Dómine.

R. Congratulámini mihi omnes qui diligitis Dóminum, quia quem quærébam, apparuit mihi: * Et dum flerem ad monuméntum, vidi Dóminum, allelúia, allelúia. **V.** Recedéntibus discípulis, non recedébam, & amôris eius igne succénsa, ardébam desidério. Et dum flerem. G lória Patri. Et dum. Bendicion. Ad societâtem cíuium supernôrum perdúcat nos Rex Angelôrum, **R.** Amen. Leccion iii.

M ARIA ergo cùm fleret, inclinâuit se, & prospéxit in monuméntum. Certè iam monuméntum vácuum víderat, iam sublâtum Dóminum nuntiáuerat: quid est quòd se íterùm inclínat, íterùm vidére desíderat? Sed amánti semel aspexísse non sùfficit: quia vis amôris intentiônem multíplícat
inqui-

inquisitionis. Quæsîuit ergo prius,
 & minime inuenit: perseuerauit vt
 quæreret; vnde & contigit, vt in-
 ueniret: actumque est, vt desidé-
 ria dilata crescerent, & crescentia
 caperent quod inuenissent. Tu au-
 tem Dómine. Te Deum. 529.

Al Benedictus, Antifona.

María stabat ad monumentum
 plorans, & vidit duos Angelos in
 albis, sedentes, & sudarium quod
 fuerat super caput Iesu, alleluia.

Oration.

DEus, qui diuersitatem Genti-
 tium in confessione tui nó-
 minis adunasti: da, vt renatis
 fonte baptismatis vna sit fides
 mentium, & pietas actionum. Per
 Dóminum nostrum.

Al Magnificat, Antifona.

Tulerunt Dóminum meum, &

nescio vbi posuerunt eum: si tu
sustulisti eum, dicito mihi, allelúia:
& ego eum tollam, allelúia.

VIERNES DE PASCUA.

✠ Surréxit Dóminus verè, allelúia.

✠ Et apparuit Simóni, allelúia.

Pater noster. Absolucion. Ipsius
pietas & misericórdia nos ádiu-
uet, qui cum Patre & Spíritu san-
cto viuit & regnat in sæcula sæcu-
lôrum. ✠ Amen. ✠. Iube domne
benedícere. Bendicion. Euangé-
lica lectio sit nobis salus & pro-
tectio. ✠ Amen.

Lectio sancti Euangélj secún-
dum Matthæum.

Leccion j.

Cap. 28. d

IN illo tempore: Undecim discí-
puli abiérunt in Galilæam in
montem, vbi constitúerat illis
Iesus. Et reliqua.

Homi-

Homilia sancti Hieronymi
Presbyteri.

Lib. 4. Comment. in Matth. in fine.

Post resurrectionem Iesus in monte Galilææ conspicitur, ibique adoratur: licet quidam dubitent, & dubitatio eorum nostram augeat fidem. Tunc manifestius ostenditur Thomæ, & latus lancea vulneratum, & manus fixas demonstrat clavis. Accedens Iesus locutus est eis, dicens: Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Illi potestas data est, qui paulò antè crucifixus, qui sepultus in tumulo, qui mortuus iacuerat, qui postea resurrexit. In cælo autem & in terra potestas data est: ut qui antè regnabat in cælo, per fidem credentium regnet & in terris.

Tu autem Dómine miserere nobis. *R.* Deo grátias.

R. Surgens Iesus Dóminus noster, stans in médio discipulôrum suorum, dixit: Pax vobis, allelúia: gauísi sunt discípuli viso Dómino, allelúia. *V.* Vna ergo Sabbatôrum, cum fores essent clausæ, vbi erant discípuli congregáti, venit Iesus, & stetit in médio eorum, & dixit eis. Pax vobis. *Benediccion.* Diuînum auxílium máneat semper nobiscum. *R.* Amen.

Leccion ij.

EVntes autem docête omnes Gentes, baptizántes eos in nómine Patris, & Fílij, & Spíritus sancti. Primùm docent omnes Gentes, deínde doctas intíngunt aqua. Non enim potest fieri, vt corpus baptísmi recípiat sacra-
mén-

méntum, nisi antè ánima fidei suscéperit veritâtem. Baptizántur autem in nómine Patris, & Filij, & Spíritus sancti: vt quorum vna est diuínitas, vna sit largitio: noménque Trinitâtis, vnus Deus est. Tu autem Dómine.

Re. Expurgâte vetus ferméntum, vt sitis noua conspérso: étenim Pascha nostrum immolâtus est Christus: * Itaque epulémur in Dómino, allelúia. * Mórtnus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificatióem nostram. Itaque. G lória Patri. Itaque. Benedición. Ad societâtem ciuium supernôrum perdúcat nos Rex Angelôrum. Amen. Leccion iij.

DOcéntes eos seruâre ómnia, quæcúmque mandáui vobis, Ordo præcípuus: Iussit Apóstolis,

vt primùm docérent vniuersas Gentes, deinde fidei intúgerent sacraménto : & post fidem ac baptísma, quæ essent obseruánda præcíperent. Ac ne putémus léuia esse, quæ iussa sunt, & pauca, áddidit : Omnia quæcúmque mandáui vobis : vt quicúmque crediderint, qui in Trinitáte fúerint baptizáti, ómnia fácient quæ præcépta sunt. Et ecce ego vobíscum sum vsque ad consummationem sæculi. Qui vsque ad consummationem sæculi cum discípulis se futurum esse promíttit, & illos osténdit semper esse victúros, & se numquam à credéntibus recessúrum. Tu autem Dómine.

Te Deum laudámus. 529.

Al Benedictus Antifona.

Vndecim discípuli in Galilæa vidén-

dentes Dóminum adorauerunt,
allelúia. Oracion.

○ Omnípotens sempitérne Deus,
qui Paschále sacraméntum in
reconciliatiónis humanæ fœdere
contulísti: da méntibus nostris, vt
quod professiône celebrâmus, imi-
témur efféctu. Per Dóminum
nostrum.

Al Magnificat, Antíphon.

Data est mihi omnis potéstas in
cælo & in terra, allelúia.

S A B A D O

I N A L B I S.

V. Gauísi sunt discípuli, allelúia.
R. Viso Dómino, allelúia. Pater
noster. Absolucion. A vínculis
peccatôrum nostrôrum absóluat
nos omnípotens & misericors Dó-
minus. R. Amen. V. Iube domne
benedícere. Bendiccion. Euangé-
lica

lica lectio sit nobis salus & protectio. R. Amen.

Lectio sancti Evangelij secundum Ioannem.

Leccion j. Cap. 20.

IN illo tempore: Vna sabbati Maria Magdalene venit mane, cum adhuc tenebrae essent, ad monumentum. Et reliqua.

Homilia sancti Gregorij Papae.

Homilia 22. in Evangelia.

Lectio sancti Evangelij, quam modò fratres audistis, valdè in superficie historica est aperta: sed eius nobis sunt mysteria sub breuitate requirenda. Maria Magdalene, cum adhuc tenebrae essent, venit ad monumentum. Iuxta historiam notatur hora: iuxta intellectum verò mysticum; requirentis signatur intelligen-

gen.

géntia. Mariâ etenim auctôrem omnium, quem in carne viderat mortuum, quærebat in monumento: & quia hunc minime inuenit, furatum credidit. Adhuc ergo erant tenebræ, cum venit ad monumentum. Cucurrit citius, discipulis nuntiavit: sed illi præ ceteris cucurrerunt, qui præ ceteris amauerunt, videlicet Petrus & Ioannes. Tu autem Domine miserere nobis. *R.* Deo gratias.

Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur: quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel. Quod autem viuit, viuit Deo, allelúia, allelúia. Mortuus est semel propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificatióem nostram. Quod autem. Bendí-

cion. Diuînum auxiliûm maneat
semper nobiscum. *Re.* Amen.

Lectionij.

Currébant autem duo simul: sed
Ioannes præcucurrît citiùs Pe-
tro. Venit prior ad monuméntum,
& ingredi non præsumpsit. Venit
ergo postérieur Petrus, & intrâuit.
Quid fratres, quid cursus signifi-
cat? Numquid hæc tam subtîlis E-
uangelistæ descriþtio à mystérijs
vacâre credénda est? Minimè. Ne-
que enim se Ioannes & præisse, &
non intrâsse diceret, si in ipsa sui
trepidatiône mystériû defuísse cre-
didisset. Quid ergo per Ioannem,
nisi Synagôga: quid per Petrum, ni-
si Ecclesia designâtur? Tu autem.
Re. Isti sunt agni nouelli, qui an-
nuntiauerunt, alleluia: modò ve-
nerunt ad fontes, * Repléti sunt
clari-

claritâte, allelúia, allelúia. In
 conspéctu Agni amícti sunt stolis
 albis, & palmæ in mánibus eórum.
 Repléti sunt. G lória. Repléti. Ben-
 edicere. Ad societâtem cíuium su-
 pernórum perdúcat nos Rex An-
 gelórum. Amen.

N Ec mirum esse videâtur, quod
 per iuniórem Synagôga, per
 seniórem verò Ecclésia signári per-
 hibêtur : quia etsi ad Dei cultum
 prior est Synagôga, quàm Ecclésia
 Géntium, ad vsum tamen sæculi
 prior est multitúdo Géntium,
 quàm Synagôga, Paulo attestante,
 qui ait: Quia non prius quod spiri-
 tâle est, sed quod animâle. Per
 seniórem ergo Petrum significâtur
 Ecclésia Géntium : per iuniórem
 verò Ioánnem Synagôga Iudæo-
 rum. Currunt ambo simul: quia
 ab

ab ortus sui tēpore vsque ad oc-
cāsum, pari & comúnī via, etsi
non pari & comúnī sensu, Gen-
tīlitas cum Synagōga cucúrrit. Ve-
nit Synagōga prior ad monumén-
tum, sed mínimè intrāuit: quia
legis quidem mandāta percēpit,
prophetías de incarnatiōne ac pas-
siōne Domínica audiuit, sed cré-
dere in mórtuum nóluit. Tu autem
Dómine. T e Deum. 529.

Al Benedictus, Antifona.

Currébant duo simul, & ille álius
discípulus præcucúrrit cítiùs Petro,
& venit prior ad monuméntum,
allelúia. Oracion.

Concède quæsumus omnípo-
tens Deus: vt qui festa Paschá-
lia venerádo égimus, per hæc
contingere ad gáudia ætérna me-
reámur. Per Dóminum.

MEDITACIONES
 MVY DEVOTAS
 DE LA
 PASSION
 DE CHRISTO.



Espece in fáciem
 Christi tui, qui pro-
 pter núniam chari-
 tâtem, qua nos di-
 léxit, homo fieri vóluit, in stá-
 bulo natus, in præsépio collo-
 câtus, circumcîsus, in Ægypto
 éxulans.

Dignâtus est nostra causa ba-
 ptizári, ieiunâre, tentári, pere-
 grinári, Euangélium prædicâre,
 patrâre mirácula, míseris & ægris
 opitulári.

Triginta tribus annis multíplices labóres, arúmnnas, moléstias & insídias iniuriásque hóstium pértulit, donec tandem Ierosólymam, vt pro nobis cálicem amaríssimum bíberet, proféctus est.

Réspice in fáciem Christi tui, qui prídie ante mortem suam cum diléctis discípuis Pascha Ierosólymis manducâuit.

Vbi surgens à coëna, cùm se línteo præcinxíffet, & aquam misíffet in peluim, discipulôrum pedes ábluit, ac eos línteo extérfit, cum eísdem discípuis amáner colloquens.

Réspice in fáciem Christi tui, qui non rogátus tale tantúmque testaméntum cóndidit, suiúque Córporis & Sánguinis venerábile Sacraméntum instítuit & reliquit,

vt sequentis mox passionis memoria in Ecclesia perpetuò celebraretur, tantique Sacramenti fructus ad viuos & mortuos quotidie perueniret.

R. Respice in faciem Christi tui, qui cum discipulis in hortum Oliueti abiens, pauere ac mœstus esse coepit, ideoque dixit: Tristis est anima mea vsque ad mortem: ob instantis nempe passionis magnitudinem & atrocitatem.

ibi flexis genibus Patrem orauit, & in faciem proci dens, se totum Patris voluntati resignauit ac tradidit, tantis quidem pressus angustiis, vt sudor sanguineus ex toto ipsius corpore dimanaret, ac Angelum consolantem acciperet Filius Dei.

R. Respice in faciem Christi tui,
R 1 2 qui

qui mortis pro nobis oppetendæ defidério incensus, inimicis capitalibus óbuiam processit; & à Iuda quidem proditóre ósculum sumpsit, ab áliis verò discipulis derelictus, & à facinorosis militibus tamquam latro vinctus, ligatus, diréque tractatus fuit.

6. R éspice in fáciem Christi tui, ad Annam pontíficem probrósè primùm addúcti, & qui ab impio Annæ ministro crudèlem álapam sibi impáctam suscépit.

7. R éspice in fáciem Christi tui, qui à Cáipha pontífice & pleno senátu perinde ac malefáctor excéptus, multa & acérba & contumeliósa tulit, útpote à falsis téstibus accusátus, pro blasphemó iniquíssimè condemnátus, à multis illûsus & conspûtus, álapis colaphif-

laphísque impetítus, ac indignis modis tota nocte vexátus atque subsannátus.

8. R éspice in fáciem Christi tui, qui à procéribus Iudæórum ad Pilátum manè dedúctus, demíssó vultu coram éthnico iúdice ádstitit; & falsò accusátus, ad obiécata crímina humíliter silére quàm respondére máluit.

9. R éspice in fáciem Christi tui, à Piláto ad Herôdem regem transmíssi, & à Iudæis gráuitè íterùm accusáti. Sed neque curiosó regi peténti Dóminus quidquam concêdit, nec Iudæis respóndet accusántibus; stultus ínterim hábitus ab Herodiánis, qui veste alba illûsum & vinctum ad Pilátum remíttunt.

10. R éspice in fáciem Christi tui,

qui in prætorio vèstibus suis exùtus, & ad colúmnam ligâtus, crudelíssimè flagellâtur, vt ex toto corpore lacerâto sanguis non módicus proflúeret.

11. Réspice in fáciem Christi tui, qui post diram flagellatiônem à Pilâti satellitibus coccínea induitur veste, & corônâ spíneam cápiti impréssam non sine summo dolôre sústinet.

Þórrigunt illi arúndinem, quo & caput sacrum verberârunt: per ludíbrium genu flecténtes adorant, Regem Iudæôrûm salútant, fáciem venerándam cónspuunt, & álapas frequénter impíngunt sacrílegi.

12. Réspice in fáciem Christi tui, qui corônâ spíneam vestémque purpúream gestat, & foras à Pilato Iúdice

Iúdice prodúctur: hunc furibúndus pópulus ad crucem damnári póstulat importuníssimè.

✠ R éspice in fáciem Christi tui, quem innóxium Pilátus pro tribunali ad crucem iniquíssimè damnat, qui & crucis árbore grauátus, & víribus propè destitútus, ad funéstum supplicij locum per médiam urbem protrúditur, præter quasdam muliérculas, nullo ferè commiseránte.

✠ R éspice in fáciem Christi tui, qui fessus & anhêlus ad Caluáriæ locum cum cruce peruénit, & myrrhâti cum felle vini oblâ-tum póculum degustâuit, iuxta illud: Dedérunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me acéto.

✠ R éspice in táciem Christi tui,

qui ante crucem vĕstibus expoliatus, nudusque in ligno distentus, & clavis confixus, poenas crucifixionis grauissimas tolerauit.

16. Rĕspice in faciĕm Christi tui, qui medius inter latrones in erecta cruce pendens, ac vehementer sitiens, pro crucifixoribus aliisque blasphemis Patrem velut aduocatus inuocat: matrem verò mœstissimam de cruce compellat; nec sine clamore valido & lacrymis profusis suum spiritum Patri commendat, mortem longè acerbissimam gustans, vt sacerdos idem & hostia nos iræ filios Deo Patri reconciliet, ac mundum perditum morte redimat sua.

17. Rĕspice in faciĕm Christi tui, cuius exanimis dexterum latus per lanceam aperitur, nobisque sanguinem

guinem & aquam profúndit : cuius prætereà corpus per amicos de cruce depónitur, & vnguéntis aromáticis oblinîtur, sindoneque munda inuóluitur, priúsqvam sepúlchro mandêtur.

Oracion, en que al Padre eterno se ofrece la Passion y muerte de Christo nuestro bien.

Imménsæ bonitáti tuæ grátias ago, Pater ætérne, idémque summe amâtor hóminum Deus, qui vt nos pérditos redímeres, ac pœnis perpétuis liberáres, innocentíssimum Fílium tuum pœnis immaníssimis & morti acerbíssimæ vltro tradidísti.

Ô cháritas, ô píetas incomprehensíbilis: immaculátum illum Agnum, quo nihil erat sánctius ac præstántius, nobis donári &

excruciári, vt mortem nostram moriéndò destrúeret, verámque vitam nobis resurgéndò reparâret.

○ fferimus ergo tibi, Pater, hunc Fílium charíssimum, hunc Sacerdôtém & Pontíficem summum, hunc Pastôrem óptimum atque fidelíssimum, qui sese pro nobis tradidit oblatiônem & hóstiám in odôrem suauitâtis.

Per illum vultum mundi propitiátorem charitáti tuæ grátias perpétuas debêmus & ágimus; propter illum remissiônem peccatôrum, & grátiam omnem pètere & sperâre audêmus: quóniam ille factus est nobis sapiéntia & iustítia, sanctificátio & redemptio: ipsíus liuóre sanáti sumus: ipse pro peccátis nostris ac totíus mundi vera & éfficax est propitiátio.

Pétimus ergo, Pater ætérne, vt charíssimi Filij tui & Mediatóris nostri sacrificium in cruce oblâ- tum, quo nihil tibi grátius & no- bis vtílius esse potest, cleménte adimíttas. Illíus lácrymas, gémi- tus & clamórem; illíus víncula, flagélla, spinas & vúlnera; illíus crucem, sánguinem & mortem offérimus tibi, vt ánnis nostris, quám libet impúris & sáucijs, me- dicínam præbeant salutárem.

Atque vt verum sanctíssimæ passíonis huius fructum percipiâ- mus, ritéque tanto Mediatóre glo- riémur, illam concède grátiam, quæ iustificándis & saluándis óm- nibus est necessária: nimírum vt non solúm Redemptóris nostri méritis ac promíssis fidâmus; ve- rúm étiam præcéptis eius obediâ- mus,

mus, ac vestígijs eiúsdem & exém-
plis insistâmus. Per eúndem Chri-
stum Fílium tuum Dóminum no-
strum. Amen.

Meditacion de S. Bernardo y
Oracion a Christo nuestro bien
crucificado, para ofrecer al Padre
eterno los meritos de la Passion.

Cognósce ánima mea, cognó-
sce. Hic est Dóminus Deus
noster Iesus Christus Saluâtor tuus:
vnigénitus Dei Fílius, verus Deus,
verus homo, qui solus sub sole sine
mácula inuéntus est.

Et ecce cum scelerátis quodám-
modò reputâtus, & quasi leprôsus
nouíssimus virôrum æstimâtus, &
tamquam abortiuum quod proií-
citur à vulua, sic proiécus est ab
útero matris suæ infelícis Synagó-
gæ. Iste formôsus præ fílijs hómi-
num,

num, quàm defórmis factus est!

Hic vulnerâtus propter iniquitates nostras, attritus propter scélera nostra, & factus in holocáustum suauíssimi odôris in conspéctu tuo Pater æternæ glóriæ, vt auérteret indignatiônem tuam à nobis, & vt confedère nos sibi fáceret in cæléstibus.

Éspice Dómine sancte Pater de sanctuário tuo, & de excélsó cælórum habitáculo: & intuère hác sacrosánctam hóstiã, quam tibi offert magnus Póntifex noster, sanctus puer tuus Dóminus Iesus Christus pro peccátis fratrum suórum: & esto placábilis super multitudíne malítiæ nostræ. Ecce vox; sánguinis nostri Iesu clamat ad te de cruce.

Éspice Dómine in fáciem Christi

Christi tui, qui tibi vsque ad mortem obédiens factus est. Nec recédant ab óculis tuis cicatríces eius in perpétuum, vt memíneris, quantum ab eo pro peccátis nostris satisfactiõnem recéperis.

Grátias tibi Pater réferat omnis lingua pro superabundántia bonitátis tuæ, qui único Fílio cordis tui non pepercísti, sed pro nobis ómnibus illum tradidísti in mortem, vt eum, tamquam fidélem aduocátum, coram te in cælis haberémus.

Del mismo S. Bernardo Oracion
a Christo nuestro bien.

Diligéndus es mihi, Dómine Iesu Christe, toto corde, tota ánima, tota virtúte: & tua mihi sequénda vestígia, qui pro memori dignátus es. Et quómo-
do fiet

fiet istud in me, nisi per te? Adhæreat ánima mea post te, quia tota virtus eius pendet ex te.

Et nunc Dómine Redemptor meus, te vt verum Deum adôro, in te confido, in te spero, & quibus possum desidérijs, ad te suspîro; ádiuua imperfêctum meum.

Ad tuæ passiônis gloriôsa insignia, in quibus salûtem meam operâtus es, totum me inclîno. Tuæ victoriôsæ Crucis regâle vexillum in nómine tuo Christe adôro. Tuum spíneum diadêma, tuos rubéntes sanguíneos clauos, tuo sacro láteri immérsam lanceam, tua Vúlnera, tuum Sanguinem, tuam mortem, tuam sepultûram, Christe, supplex adôro & glorífico.

eorum virtûte ab astútijs sá-
tanæ

640 Med. de la Passion de Christo,
tanæ me custódi, ac me con-
fórta, vt iugum mandatórum tuó-
rum mihi fiat suâue; & onus
crucis, quod post te baiulâre
me iubes, húmeris ánimæ meæ
sit leue.

○ onfíge cruci tuæ manus meas
& pedes meos, ac totum passió-
ni tuæ confórma seruum tuum
Dómine. Sed & tuæ viuíficæ
morti seruum tuum configúra, fá-
ciens quidem in me, vt móriar se-
cúndùm carnem, viuam autem se-
cúndùm spíritum iustítia.

Bénedic ánima mea Deum
Saluatórem meum, & magnífica
nomen eius in sæcula.

ORACION
DE SAN AMBROSIO
PARA ANTES
DE COMVLGAR.



D mensam dulcissimi
conuuij tui, pie Dó-
mine Iesu Chritte, ego
peccâtor de proprijs
méritis nihil præsumens, sed de
tua confidens misericórdia & bo-
nitâte, accédere véreor & contre-
misco. Nam cor & corpus hábeo
multis criminibus maculâtum,
mentem & linguam non cautè cu-
stoditam. Ergo, ô pia Déitas, ô
treménda maiéstas, ego miser in-
ter angústias deprehensus, ad te
fontem misericórdiæ recúrro, ad
te festino sanándus, sub tuam pro-

642 Oracion antes de Comulgat.
tectiōnem fūgio: & quem iūdicem
sustinēre néqueo, Saluatōrem ha-
bēre suspīro. Tibi Dómine plagas
meas ostēdo: tibi verecūdiam
meam détego. Scio peccāta mea
multa & magna, pro quibus tí-
meo. Spero in misericórdias tuas,
quarum non est númerus. Réspi-
ce ergo in me óculis misericórdiæ
tuæ, Dómine Iesu Christe, Rex
æterne, Deus & homo, crucifí-
xus propter hóminem. Exáudi me
sperántem in te: miserere mei ple-
ni misérijs & peccátis, tu qui fon-
tem miseratiōnis numquam ma-
nāre cefsābis. Salve salutāris ví-
ctima, pro me & omni humáno
génere in patíbulo Crucis oblāta.
Salve nóbilis & pretiōse Sanguis,
de Vulnéribus crucifixi Dómini
mei Iesu Christi prófluens, & pec-
cāta

Oracion antes de Comulg. 643
câta totius mundi ábluens. Re-
cordâre Dómine creaturæ tuæ,
quam tuo Sáanguine redemísti.
Pœnitet me peccâsse, cúpio emen-
dâre quod feci. Aufer ergo à me,
clementíssime Pater, omnes ini-
quitâtes & peccâta mea; vt purifi-
câtus mente & córpore, dignè de-
gustâre mérear sancta sanctorum:
& concêde, vt sancta prælibatio
Córporis & Sáanguinis tui, quam
ego indignus súmerè intendo, sit
peccatôrum meôrum remissio, sit
delictôrum perfectâ purgatio, sit
túrpium cogitatiônium effugatio,
ac bonôrum sênsuum regenerá-
tio, operúmque tibi placentium
salûbris efficacía, ánimæ quoque
& córporis contra inimicôrum
meôrum insídias, firmíssima tuí-
tio. Amen.

644 Oracion antes de Comulgar.
Oracion del Angelico Doctor
S. Thomas para antes de Co-
mulgar.

OMnípotens sempitérne Deus,
ecce accêdo ad sacraméntum
vnigéniti Fílij tui Dómini nostri
Iesu Christi: accêdo tamquam in-
firmus ad médicum vitæ, immún-
dus ad fontem misericórdiæ, cæ-
cus ad lumen claritâtis æternæ,
pauper & egênus ad Dóminum
cæli & terræ. Rogo ergo imménsæ
largitâtis tuæ abundántiam, quâ-
tenus meam curâre dignêris infir-
mitâtem, lauâre foeditâtem, illu-
minâre cæcitâtem, ditâre pauper-
tâtem, vestîre nuditâtem: vt pa-
nem Angelôrum, Regem regum,
Dóminum dominántium, tanta
fuscípiam reueréntia & humilitâ-
te, tanta contritiône & deuotiône,
tanta

tanta puritate & fide, tali proposito & intentione, sicut expedit salutis anime mee. Da mihi, quaeso, Domini corporis & sanguinis non solum suscipere sacramentum, sed etiam rem & virtutem sacramenti. O mitissime Deus, da mihi corpus unigeniti Filij tui Domini nostri Iesu Christi, quod traxit de virgine Maria, sic suscipere, ut corpori suo mystico merear incorporari, & inter eius membra connumerari. O amantissime Pater, concede mihi dilectum Filium tuum, quem nunc velatum in via suscipere propono, reuelata tandem facie perpetuo contemplari. Qui tecum viuit & regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum. Amen.

646 Oracion despues de Comulgar.

Oracion del Angelico Doctor
S. Thomas para despues de Co-
mulgar.

GRátias tibi ago Dómine fan-
cte, Pater omnípotens, æ-
térne Deus, qui me peccatôrem,
indígnum fámulum tuum, nul-
lis meis méritis, sed sola digna-
tiône misericórdiæ tuæ satiâre di-
gnâtus es pretiôso Córpoze &
Sánguine Fílij tui Dómini no-
stri Iesu Christi. Et precor, vt
hæc sancta Commúnio non sit
mihi reâtus ad pœnam, sed in-
tercêssio salutâtis ad véniam. Sit
mihi armatûra fídei, & scutum
bonæ voluntâtis. Sit vitiôrum
meôrum euacuátio, concupiscén-
tiæ & libídinis exterminátio, cha-
ritâtis & paciéntiæ, humilitâtis
& obediéntiæ, omniúmque vir-
tutum

647
tūtum augmentatio : contra in-
sídias inimicōrum ómnium, tam
visibílium, quàm inuisibílium,
firma defénsio : mótuum meo-
rum, tam carnálium, quàm spi-
rituálium, perfectá quietatio : in
te vno ac vero Deo firma adhæ-
sio : atque finis mei felix con-
summatio. Et precor te, vt ad
illud ineffábile conuiuium me
peccatōrem perducere dignēris :
vbi tu cum Fílio tuo & Spírítu
sancto, Sanctis tuis es lux vera,
satietas plena, gáudium sempi-
térnum, iucúnditas consummáta,
& felicitas perfectá. Per eúndem
Christum Dóminum nostrum.
Amen.

Otra Oracion de S. Bonauentura
para desoues de Comulgar.

TRansfige, dulcissime Dómi-
ne Iesu, medúllas & víscera
ánimæ meæ suauíssimo ac salu-
bérrimo amôris tui vúlnerè, vera,
serenáque & Apostólica sanctíssi-
ma charitâte, vt lángueat & li-
quefiât ánima mea solo semper
amôre & desidério tui, te concu-
píscat, & deficiat in átria tua, cú-
piat dissólui, & esse tecum. Da, vt
ánima mea te esúriat, panem An-
gelôrum, refectiônem animârum
sanctârum, panem nostrum quo-
tidiânum, supersubstantiâlem, ha-
béntem omnem dulcédinem &
sapôrem, & omne delectaméntum
suauitâtis: te, in quem desidèrant
Angeli prospícere, semper esúriat
& cómedat cor meum, & dulcédi-
ne

ne sapôris tui repleântur víscera
 ánimæ meæ : te semper sítiat fon-
 tem vite, fontem sapiëntiæ & sciën-
 tiæ, fontem ætérni lúminis, torréntem
 voluptâtis, vbertâtem domus
 Dei : te semper ámbiat, te quærat,
 te inuéniat, ad te tendat, ad te per-
 uéniat, te meditêtur, te loquâtur, &
 ómnia operêtur in laudem & gló-
 riam nóminis tui, cum humilitâte
 & discretiône, cum dilectiône &
 delectatiône, cum facilitâte & af-
 fectu, cum perseuerántia vsque in
 finem : & tu sis solus semper spes
 mea, tota fidúcia mea, diuítia meæ,
 delectátio mea, iucúnditas mea,
 gáudium meum, quies & tranquí-
 litas mea, pax mea, suáuitas mea,
 odor meus, dulcêdo mea, cibus
 meus, reféctio mea, refúgiú meum,
 auxílium meum, sapiëntia mea,

pórtio mea , posséssio mea , the-
 fáurus meus , in quo fixa & fir-
 ma & immobíliter semper sit ra-
 dicâta mens mea , & cor meum.
 Amen.

Rytmo de S. Thomas de Aquino
 al Santissimo Sacramento.

A Dôro te deuótè , latens Déi-
 tas ,

Quæ sub his figúris verè látitas:
 Tibi se cor meum totum súbiicit,
 Quia te contéplans , totum dé-
 ficit.

Visus , tactus , gustus in te fállitur,
 Sed audítu solo tutò créditur.

Credo quidquid dixit Dei Fílius,
 Nil hoc verbo veritâtis vérius.

In cruce latêbat sola Déitas,

At hîc latet simul & humánitas:

Ambo tamen credens atque cón-
 fitens,

Peto

Peto quod petiuit latro poenitens.
Plagas, sicut Thomas, non in-
tueor,

Deum tamen meum te confiteor.
Fac me tibi semper magis credere,
In te spem habere, te diligere.

O memoriâle mortis Dómini,
Panis viuus, vitam præstans hó-
mini:

Præsta meæ menti de te viuere,
Et te illi semper dulcè sapere.

Pie pellicâne Iesu Dómine,
Me immúndum munda tuo Sán-
guine:

Cuius vna stilla saluum facere
Totum mundum quit ab omni
scélere.

Iesu, quem velâtum nunc aspicio,
Oro fiat illud, quod tam sitio,
Vt te reuelâta cernens facie,
Visu sim beâtus tuæ glóriæ. Amen.

O R A C I O N

PUBLICADA DEL
 SYMO PONTIFICE
 VRBANO VIII.

ANte óculos tuos, Dómine,
 culpas nostras férinus, &
 plagas quas accépinus con-
 férinus.

Si pensâmus malum quod féci-
 mus, minus est quod pátimur,
 maius est quod merêmur.

Grâuius est quod commísimus,
 léuius est quod tolerâmus.

Peccâti poenam sentîmus, & pec-
 cândi pertinâciam nõ vitâmus.

In flagéllis tuis infirmitas nostra
 téritur, & iníquitas non mu-
 tâtur.

Mens ægra torquêtur, & ceruix
 non fléctitur.

¶ ita in dolore suspîrat, & in ópe-
re non se eméndat.

¶ si expéctas, non corrígimur: si
víndicas, non durâmus.

¶ Confitémur in correctiône quod
égimus: obliuísçimur post vi-
sitatiônem quod fléuimus.

¶ si exténderis manum, faciênda
promíttimus: si suspénderis glá-
dium, promíssa non sóluimus.

¶ si férias, clamâmus vt parcas: si
pepérceris, íterùm prouocâmus
vt férias.

¶ Habes Dómine confiténtes reos:
nóuimus quòd nisi dimíttas, re-
ctè nos périnas.

¶ Præsta Pater omnípotens sine
mérito quod rogâmus, qui fe-
císti ex níhilo qui te rogárent.

Per Christum Dóminum no-
strum. Amen.

654 Oracion del Papa Urbano VIII.
V. Gregem tuum Pastor æternæ
non déseras. R. Sed per beátos A-
póstolos tuos perpétua defensiõ-
ne custódias. V. Prótege Dómine
pópulum tuum ad te clamántem,
& Apostolôrum tuôrum patrocí-
nio confidéntem. R. Perpétua de-
fensiõne custódias. V. Orâte pro
nobis sancti Apóstoli Dei. R. Ut
digni efficiámur promissionibus
Christi.

Oracion.

PRæsta quæsumus omnipotens
Deus, vt nullis nos permittas
perturbatiõnibus cõcuti, quos in
Apostólicæ confessiõnis petra soli-
dasti. Per Dóminum nostrum.

IMplêret, clementíssime Dómi-
ne, nostris opportûnam necessi-
tâtibus opem deuótè à nobis pro-
lâta meditatio, qua sanctus olim
Ioánnes Chrysóstemus, in hac Ba-
síllica

Oracion del Papa Urbano VIII. 655
sílica cónditus, te cum beatíssimis
Apóstolis Petro & Paulo repræ-
sentâuit sic colloquénté: Circúm-
date hanc nouam Sion, & circum-
uallâte eam, hoc est, custodíte,
muníte, précibus firmâte: vt quan-
do iráscor in témpore, & orbem
terræ concútio, aspiciens sepúl-
chrum vestrum numquam desitû-
rum, & quæ libénte propter me
gêritis stígmata, iram misericórdia
vincam, & ob hanc præcípiam
vestram intercessiônem. Etenim
quando Sacerdótium & Regnum
vídeo lacrymári, statim quasi
compátiens ad commiseratiônem
flector, & illius meæ vocis remi-
níscor, Prótegam Urbem hanc
propter David seruum meum, &
Aaron sanctum meum. Dómine,
fiat, fiat. Amen, amen.

SVMA DEL PRIVILEGIO

PHILIPPVS IV. Hispaniarum
& Indiarum Rex Catholicus, ac po-
tentissimus Belgarum & Burgundio-
rum Princeps, Diplomatum suis sanxit,
nequis præter Balthasaris Moreti, Ioan-
nis iunioris fil. voluntatem, Missalia,
Breuiaria, Diurna, Officia B. Mariæ, aut
reliqua Officia ad usum Ecclesiæ Catho-
licæ Romanæ edita, prout nunc aucta
sunt & emendata, vel in posterum au-
genda vel emendanda, ullo modo im-
primat, aut alibi terrarum impressa in
has inferioris Germaniæ ditiones im-
portet, venaliãve habeat. Qui secus fa-
xit, confiscatione librorum & alia gra-
ui pœna multabitur, uti latius patet
in litteris datis Bruxella, IX. Iulij,
M. DC. XLI.

Signat.

I. Le Conte.

Et in Concilio Brabantie.

Steenhuyse.